





B 38 n 126

B, 2, 19

42  
142

Gilbertus de Hoylandia


Sermones sup. Cantica Cantorum.

Florence 1485.

Pellechet, 5-265; Hain, 7773.

1824.

16-62-22.



GILIBERTI SERMONVM SVPER CANTICA  
CANTICORVM LIBER INCIPIT FELICITER.  
SERMO PRIMVS



**T**ARI SVNT AMANTIVM AF  
fectus: quia casus uarii et sponse uerba  
aliquotiens interrupta uidentur / sicut  
ipsa dilecto suo: uel ex uoto fruatur uel  
preter uotum fraudatur: nunc ut super  
montes reuertatur inuitat: nunc in lec-  
tulo querit elapsus. Quam assignabis  
consequentie seriem? Que docebitur ordinis ratio? Non  
uidetur ratio: sed interruptio: Vota amoris uniformia:  
Ideo sermo serie non tenetur. Affectus in amore loquitur:  
et uerba interrumpit: quia nec ipse sibi semper in uno statu  
coheret. Iure et ipse sponsus hynulo compatur / sic fallens  
et sic fugiens dilectam Varietas hec nec consequentia nec  
ratione caret. Verba tam subito comutata continuatioem  
seruant: dum affectuū ordini seruiunt: Videte iam que sit  
in hac uarietate series cōtinuationis: Elapsus erat dilectus  
sup montes: quasi hynulus uagus: et uolitans: et ipsa ad se  
relapsa. De montibus illis inqbus mirabiliter illuminata  
erat / et illustrata uisione dilecti. De montibus inq illis ad  
conuallem lachrymaz: ad lectum doloris relapsa: ad lectū  
et ad noctē de mōtibus luminosis. Quid ni si recedat ipsa  
ubi sic recedit dilectus suus? Ipse enim sponse sue salus et  
illuminatio: Ideo recedente ipso: illa recedit ad lectulum  
infirmitatis: et ignorantie noctem. Iam uersatur sup stratū  
infirmitatis sue. Super hunc tamen stratum memoratur di-  
lecti: et iam non in matutinis: sed in nocte meditatur in ip-  
so querens quem diligit anima sua: Non pigre agit in hoc  
lecto ad quem relapsa est: Non lasciuit / non delectatur in  
lecto concupiscentie: sed magis reluctatur memorata di-  
lecti solius: non obnoxia infirmitati sed caritati. Sic inter

B omnes non mettes

a




Gilbertus de Hoylandia

Sermones seu. Canticorum Cantorum

Florence, Nicolau Florentius, 1485

Pellechet, 5265; Hain, 7773.



pertat cui sic uidet: Ego tamen non hic accipio lectū dolō  
ris nisi forte doloris illius: quem amor parturit de absente  
sponso delitiari uidetur uelle magisq; sanari / et amicum  
quesisse non medicum. Iuxta hunc sensum sic continuare  
potest. De montibus se raptim contulerat ad lectulū spon-  
se ubi illa exercitata et deficiens libertate delectationis ob-  
dormiuit exhausta iter amplexus dilecti. Obl ectata ob dor-  
miuit somnum dulcem sed expergefacta nō inuenit illum.  
Hec mulier delitarum in manibus suis. Gaudia itaq; illa  
gaudia ineffabilia silentio transiens in hanc tamen uocem  
erumpit. In lectulo meo per noctes quesui quem diligit  
anima mea. Per continuationem nunc ista sufficient. Iam  
uerba singula consideremus. In lectulo meo per noc-  
tes quesui quem diligit anima. Dulce satis est te bone/  
Iesu / querere dulcius tenere. In uno pius labor / in altero  
perfecta letitia. Dulcis itaq; est attractatio tui. Nam et ip-  
se tactus fructu non caret. Mulier illa euangelica foci-  
furto attigit simbriam iesu / et statim stetit in illa fluxus sā  
guinis / fluxus carnalis illicebre / carnalis delectationis. et  
cure / et restricta sunt / et desiccata sunt que prius in illa flu-  
ida erant / et totum hoc contigit ex contactu simbrie. Quid  
si caput ipsum amplexari contigisset? Non modo staret et  
exsiccaretur sanguinis fluxus sed enim amaret impetus flu-  
minis illius qui letificat ciuitatem dei / Bonus ergo tactus /  
sed attractatio melior. In turba / in populo uix tangitur ie-  
sus. Ideo sponsa que non tantum tangere sed amplexari /  
et attractare uerbum uite desiderat deuitans publicum / se-  
cretum elegit / secretum et lectuli / et noctis. Bonum opus  
uel querere iesum / uel tenere / sed oportunitas et loci et te-  
pori huic adhibenda est operi / et que maior et accommoda-  
tior ad usum amoris / q; lectuli et noctis oportunitas? Ni  
si quieta mente queri non potest delectatio sapientie nec  
intranquillus in illam aspectus dirigitur? Nihil inquinat  
tum incurrit in illam / nec in peccatum quidem. Illa uero

3

in animum quietum et purum ultro incurrere solet . et gra  
tis in fluere . In pace enim locus eius : et habitatio eius in sy  
on . Hoc est in speculatione . Pax preponitur quasi prepara  
tio quedam speculationis : Oculus turbatus uel ira uel cu  
ra : quomodo lucem illam in accessam intuebitur / que nisi  
serenis non attingitur mentibus : nec illis tamen semper ad  
libitum . Quid inquies paci ad lectulm & multum plane  
secundum hunc modum : qd sicut in lectulo : sic in pace dor  
mitur et quiescit : In pace inquit in idipsum dormiam et  
requiescam : Quid ni libenter requiescat anima sancta ubi  
locus est dilecti : In pace enim locus eius . Ideo huc tibi lo  
cum primo acquirere : ut in eo quem diligit anima tua uel  
allapsum teneas uel elapsum requiras . In lectulo enim et  
secreta quedam mentis quiete potest inuestigari liberins .  
inueniri citius : et tutius teneri : forte et diutius : si tamen  
potest diu morari indelitiis illis : que fere solent in ipsis in  
tercidi principiis . Nam et hoc uelut iter ipsos elapsas am  
plexus : et fugientes in sectans delicias dilectus rursus anxi  
us querit : et hoc in lectulo / si ocio quodam ab occupatio  
bus mens tua libere fruatur libertate et otio . Quid accon  
modatius ad usum amoris & Et libertas illecebram parit : In  
otio et expeditur affectus : et non parum impeditur illi .  
Sic est . Quanto fuerit expeditior animus : tanto quidē im  
pensior erit in illud quod amat . Vsu euenit : ut cum fueri  
mus otio redditu tunc lentiemus acriorem mortuum amoris  
diuini . Et contra insensibilem pene reddit affectū frequēs  
cura mundi : et quasi callum quendam menti obducit . Ani  
mū cura implicat : quies explicat . Explicata desideria in  
que putas in clementia dilatant : Vides quanta bona conti  
neantur in lectulo . Quies libertas illecebra . In lectulo eni  
quietis uota magis inardescunt : Locus accommodatus ob  
lectamento caritatis sponsam ad querendum urget ardenti  
us Illic enim egrius caret dilecto : ubi poterat uberius frui  
in lectulo inquit meo et per noctes : qui per noctes querit

non uiderat mihi tam aspectus q̄ amplexus sectari · Tene  
re magis oportet q̄ intueri · Bona quidem uisio est · sed ad he  
sio artior · Nam qui adheret deo unus est spiritus · Melior  
tamen utraq̄ · Nam coniuncte uicissim incrementis se cu  
mulant gratierum · Vtrumq; si te apprehensurum nō arbi  
traris sectare tu q̄b sponsa sectatur · Amplexus quare dilec  
ti / ignorantie tue nox · Immo noctes ingnorantiarum tua  
rum serenam tibi uisionem adimit secretorum celestium ·  
Tu suauia sequare · Quere ut persentias illa si scire nō po  
tes · Nox non prescribit delitiis / nam et ipsis aliquoties il  
lustratur · Nox inquit illuminatio mea ī delitiis meis · In  
delitiis ait / non in scientiis · Ita et tu noctem si non potes  
scientiis / per tempta illuminare delitiis · Quid quid  
hic uidemus per speculum et in enigmate / totum in noc  
te ē · Et ī hac nocte potest iesus meus magis dulci quodam  
affectu suauiter sentiri q̄ sciri ad purum · Ideo et si nōdum  
ad contritum admittitur / contractū tamen sectatur / dilec  
tum in lectulo et p noctes querens · Quid si ad conuentio  
nem dilecti et nox operatur / cohoperatur plane / et accōmo  
date satis · Sicut in lectulo sancte quietis accipies otium /  
sic obliuionem quandam intellige in nocte · Vtrumq; sapi  
entie et contemplationis negotia oportunitatem ministrat  
Nec salomon uult te scribere sapientiam nisi in tēpore otii ·  
Nec paulus in anteriora extenditur / nisi prius eorum que  
retro oblitus · Miraris q̄ bona nox / et dies malus est · Diem  
hominis inquit propheta non concipiui · Nescio quo pec  
to sibi ad uersantur / et alterutro se obscurant dies domini  
et dies hominis · Siquidem dum alter exoritur / alter recon  
ditur · Diem inquit hominis non concipiui / hoc est huma  
num fauorem / hominum gloriam · Et inter reliquos · Immo  
pre reliquis spectabilis uideri · Recte hanc diem propheta  
abiurat / que perturbationis ministrat materiam · Melior er  
go hec nox die / si quidem nox aperturbatione abscondit ·  
dies exponit · Deniq; primi parentes nostri / statim ut eorū

oculi in hanc aperti sunt lucem : erubescentes confundebantur : Quanto felicius clausa prius tenuere lumina / et meliori comperta nocte peccati rubiginem nescientes . Ab inde sumpsit hic malus dies originem , qui uitiorum denūtiauit illicientes spesies demonstrauit / oculo concupiscentie sollicitantem ingressit materiam . Heu me , quomodo circum fulget dies ista quomodo affectū meū ad se arripuit q̄ claro uersatur lumine ante mentis oculos , et quidem satis ī por tune : in pace simul et impudica : Nusq̄ fere declinandi nusq̄ delitescendi copia : Nulle satis tute sūt latebre . Ita ubiq̄ erumpunt et emergunt in cogitatum cunctaq; spiritum uel turbent / uel deturpēt : Siue diligēt atrectata siuetacta leui ter . Licet enim animus castigatione repellat illa proposito solo tamen irruentium cogitationum sordidatur attactu . Qui tetigerit picem inquinabitur ab illa : Deniq; secūdum legis scīta quarundam rerū tenus etiam inquinat actatus . Non inputantur quam uiolenter importantur culpam non inferunt tales cogitatus / aliquam tamen iniuriam irrigant affectate munditie : Quid quam se contemplāti animo corporee offendūt imagines : Forte carnalē appetitum nō prouocant : sed tamen spiritualem tardant intuitum . Alia turbāt alia deturpant ; alia tardant ; hoc est lacerant / alliciunt / il ludunt . Non ne melius huius omnia obscurari q̄ illustrari ceca obliuionis ī uolui caligine q̄ memoriter recenseris . Bona ergo nōx queprudēti obliuione dissimulat omia tēporalia ad illum qui eternus est querendum tempus expediēs et explicans occasions . Que mundi concupiscentiam abscondit curam cogitatum . Hoc est enim mundum habere absconditum uel mundo abscondi . Sic etiam abscondi poterimus in abscondito faciei tue domine . Non dico plena notione sed tamen tota deuotione et libera inuestigatione et aliquanta inuentione / hanc absconsionem / hoc secretum has latebras quibus mundani diei declinamus uel amoreū uel imaginationem / quibus humanum diem aut ablatū nō

D repetimus aut oblatum respuimus : noctis nomine apellar:  
nūc a sponsa crediderim : Deniq; in superioribus dicit : Sub  
umbra eius quem desiderau; sed i: et fructus eius dulci gut  
turi meo : Fructus iste suauiter : si tamen prius umbra pro  
texerit : Dicta umbra que carnis prudenti obscurat / concu  
piscentiam refrigerat : intelligis que sit umbra . inde tibi re  
fulget occasio : quomodo et hic noctem intelligas / nisi q;  
quedam occultiores latebre et magis abdite et accommoda  
te magis ad inuestigationis et contemplationis usum . Sub  
noctis exprimuntur . q; sub umbre uocabulo . In umbra rerū  
uisibilium obliuionem aliquam tam accipe : In nocte oīodā  
Quis mihi dabit sic ad uesperascere ? Quis inq; dabit mihi  
ut rerum temporalium memoria obliuionis huius uergat i  
uesperam ? Bona quidem nox quando imaginationes uane  
rium nō uext . Nec uersatur in eo / quando abscondite sunt  
ab oculis querentium dilectum . Dilectio ipsa hanc noctem  
inducit / que reliqua omnia nec respicit nec nota reputat dū  
ad illum quem diligit intenta suspirat . Per noctes inquit .  
Multe sunt noctes eius / nec est una nox illi iugis et conti  
nua . Noctes eius interpellantur presentia sponsi : Cum ad  
est lux est : cum abest nox est : Ideo multe sunt noctes spon  
se : quia multi sunt elapsus sponsi : Multe latebre : beata pla  
ne que dilecto adheret tota die . et querit illum totis nocti  
bus . Prouocēt studiū tuum qui audis ista : et instructus exē  
plo sponse . Consurge et tu in nocte in principio uigiliarū  
tuarum : et effunde cor tuum ut liquefiat et corruat : et de  
currat usq; in conspectū dei tui . Illi liba principia uigilia  
rum tuarum : nihil in te peregrine cure decerpant : Quere  
per singulas noctes dilectum tuum : Quid dico per singu  
las : Totas noctes tuas in hoc opus continua . Ne cessas et ne  
quiescas donec egrediatur ut splendor dilectus tuus : et ut  
lampa; accendatur tibi . tunc poteris illud Pauli dicere :  
Nox precessit : dies autem appropinquauit : Nam quod se  
quitur abiiciamus opera tenebrarum ; huic nō potest nocti

5

gis lucem ministrat his qui permanent in agone querendi dilectum. Bona quidem nox quando absconderis a conturbatione et ab incursione imaginationum. Et quanvis non dum absconderis in abscondito faciei dilecti tui; bonum tam est; ut abscondatur tibi facies. et pompa inanium et carnalium cogitationum. Nox est ut illam non attendas. non uideas. Sed tamen in hac nocte non extinguetur lucerna tua ut dilectum queras. Ut iam ego tales mihi possim noctes numerare: tam latebrosas; et tam numerosas. Et quis nostrum gloriabitur omnes se tales noctes habere. Quisquis est foelix est cui omnes noctes in usum talem decurrunt: qui in occulto suo nihil agit occultatione dignum. Unus quisque suam conueniat conscientiam. Quid enim mihi aliorum percutere conscientiam infirmam: non percutio: nec discutio quidem: et si infirma est. foeda saltem non sit. Non agat in occulto/ non cogitet quidem que turpe est et dicere. Ad tale stratum Iesus declinare non nouit: Offendit illum/ et fugat confusa conscientia: Confusio conscientie non inuitat illum sed magis euitat. Caritas autem de corde puro et conscientia bona/ ipsa est que querit. Sic enim habes. Quesiui quem diligit anima mea: Nil bona tutius conscientia. Bona conscientia audet: et caritas ardet. Illa non formidat: ista inflamat. Illa pro dilecto non confunditur. Ista confidit super dilecto: Magna uis amoris: Alieno non nititur suffragio/ propriis contenta meritis: semper amari se presumit/ que amare se sentit. Denique non respectis aliis maiestatis non minibus: solum sponsa dilectum memorat que singulariter intus tollerat estum amoris: Hoc autem attendendum quod frequenter dilecti recenset uocabulum: quocunque ex mistrio. Dilectus meus candidus et rubicundus: et talis est dilectus meus: et in presenti quod diligit anima mea. Magis certe sermōis huius gratia nec mitum si frequentatur i ore

quod in corde feruet: Ideo et animam commemorat. Non enim uerbo tantum diligit sed uoto: nec solo actu: sed magis affectu. Quid uero sibi uult/ q̄ animā non spiritum dicit: forte quia dilectum: quem adhuc quierebat/ nō dum habebat. Qui enim adheret deo unus est spiritus: Et cur nusq; in toto hoc cantico spiritum nomiat: Sed anima mea liquefacta est: et anima mea conturbauit me: ethoc ipsum frequenter/ quem diligit anima mea. Id quoq; fere nusq; nisi cum absentem querit: uel abesse queritur. Solent his nominibus gradus quidam distingui: anime perfectioris et minus perfecte. Apostolus dicit: Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Ego animam hanc ita amantem et estuantem/ feruentem/ nunq; non spiritualem dixerim. Quippe que licet non dum plena uisione/ uoto tamen propenso: illi adherebat quem uehementer diligebat. Possimus autem non inconuenienter/ sicut in spiritum subtilem et attenuatum intellectum: sic in anima suauem et tenerum affectum accipere: pro prophetam in promissione domius dicit. Dabo uobis cor carneum: Si ergo carnis nomen in bono alicubi accipitur: cur non magis anime? Ego beatam hanc animam/ ut licenter loquar non lapideam: sed carneā magis iudicauerim: et nihil habentem in se rigoris: et duretie. sed mollem/ teneram/ tractabilem/ et sensibilem ad singulos dei uerbi aculeos: Deniq; que dicat: neque caro mea enea est: sed q̄ spiritualis pertransfeat gladius: et caritate se uulneratam gaudeat. Iure ergo animam suam diligere dicit: exprimere uolens intimam quandam et uiuidam: et animatam affectionem. Ergo dilectum suum Iesum christū dominum/ qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

**SERMO SECUNDVS**

**S**uper hesterno capitulo hodiernum uobis instaura-  
mus cōuiuum. Nec enim ibi cuncta dicta sunt que  
dicenda occurrunt: Quedam uero nec tacta quidem  
sunt: Illa hoc sermone discutienda suscipimus: id est cur di-  
cat in lectulo/ et non in lecto. Et cur in lectulo meo. Nam  
alibi lectulum nostrum dicere consueuit: hec reputate uo-  
bis in sortem. Siquid autem noue disputationis super his/  
que iam discussa sunt adiecerō in lucri rationem / ut sie di-  
cam: referte. Quid putatis misterii signat hoc ipsum quod  
dicit in lectulo? laudis ne aliquid occulte continet: an su-  
gillationis: Et si utrumque potest libentius tamen hic lau-  
dem accipio: et ideo primitus in hunc sensum flectamus ser-  
monem. Ego plane in hoc uerbo coarctationem quandam i-  
telligo/ ut soli secum dilecto sufficiat. Cur enim non in bo-  
no coarctatio accipitur/ sed strati dilatatio improbum ter-  
ritur? Dilatasti/ inquit dominus per prophetam: stratum  
tuum/ iuxta me suscepisti adulterum. Vides quomodo ob-  
iurgando et exprobrando strati dilatatio obiicitur amice a-  
dultere. Bonum est ergo non dilatare/ sed magis dilatare  
stratum cogitationis/ et cordis lectulum. Ideo sponsa iure  
sibi applaudit de lectulo. Coangustarum inquit propheta:  
stratum ut alter decidat/ et pallium breve utrumq; operire  
non potest. Utrumq; id est uirum et adulterum. Erne e-  
nim et angustum est cor hominis ad concipientas uerbi de-  
litias: etiam cum in illas totum totum extenditur. Quo-  
modo non multo breuis quom fuerit ad alia dissentum?  
Sufficiat dilecto tuo uel breuitas ista: Noli illam magis  
breuiare: Lectulum communicando alteri. Bona

quidem hec breuitas lectuli : que nescit nisi dilectum suum  
id est christum suscipere: Est enim breuitas que nō nisi illū  
suscipere nouit : et est breuitas que illum plene. Magna  
certe uoluptas lectuli : sed magna breuitas : et ideo bene lec-  
tulus magis q̄ lectus dicitur. Delectabilis lectulus est / de  
quo legis inprouerbiis : Secura mens quasi iuge conuiuum  
Foris nox : foris turbatio : sed tranquilitas intus / quasi quietis  
lectulus quidam. Non est hic illud lamentabile dicere /  
Foris interficit gladius : et domi mors similis est. Immo si  
foris gladius est / intus gaudium : Spē / inquit / gaudentes :  
in tribulacione patientes. Ad noctem tribulatio refertur /  
Ad lectulum / spes et gaudium : Forte propter hoc non lec-  
tum / sed lectulum apellat : parco uocabulo: quoniam totum  
gaudium nostrum fere in spe est / adhuc et ex parte . Bonus  
ergo lectulus / conscientie quies et mūditia. Cor impii qua-  
si mare seruens / quod quiescere non potest / sed redundant  
fluctus in conculationem et lutum : Est ergo cor impii tur-  
bulentum et rapidum / lutosum et secum semper collectans  
Siquidem non est pax impiis. Regnum uero dei iustitia est  
et pax : In pace inquit in id ipsum dormiam et requiescam /  
quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me :  
Vtrūq; complectitur spei nomen / et lectulum / et gaudiū  
quia in spe gaudemus et in spe requiescimus : sed unde spes  
nisi de securitate conscientie : Iure lectulum dixerim men-  
tem securam et liberam . Securam propter conscientie bonū  
Liberam autem a tentatione / Liberam autem ab exteriore  
occupatione / liberam aleui cogitatione. Quanta tamen esse  
potest in hoc corpore quies / et libertas mentis ? Breuis et  
exigua / et lectulo similis agusto. Multum inde decerpit ref-  
ficiendi necessitas corporis multum conquirendi que necel-  
saria sunt cura : multū cōsummēdibora / multū aīe casus imi-  
nens / multū causa latēs. Gloria nostra hec est iquit Paulus

7

testimoninm cōscientie nostre . Suaui certe se collocauerat  
in lectulo nihil ait / mibi conscius sum . Sed quantū illud  
dilatat et extendit magis autem illud arctat et contrahit .  
Sed in hoc inquit iustificatus nō sum . Qui autem iudicat  
me dominus est . Vides quō paulus audet et dicit . Cor no  
strum dilatum est . Vides quomodo testimonium consci  
entie diuine coarctat respectus sententie : Bene ergo lectu  
lus mens secura / sed minime superba qua quieta non elata  
bona de se sentiens sed alta non sapiens / magis autē suspec  
tam semper habens incerti noctem inditii . In lectolu iquit  
per noctes . Multe noctes / sed unus lectulus . Multe enim  
tribulationes iustorum : sed tamen quasi non sentientes / nec  
respicientes / uno dormiunt et requiescūt in lectulo . In ea ī  
qua uocati sumus una spe uocatiōis nostre . Transit nox et  
nox . Sed illi non deserunt trāquillitatis sue lectulū donec  
tota transeat iniqüitas . Multe noctes et alte tenebre : Sed  
tamen ab altitudine noctis non timent nec turbantur / quia  
sperantur in domino / non timent anocribus sed huius spei  
lectulo requiescunt : Nam et ipse nouit dare carmina ī noc  
te tribularionis et in nocte mandat canticum eius . Accepi  
stis quare sponsa dicit noctes • et quare plures : quare lettū  
lus dicatur • et quare unus . Nunc accipite quare dicat spon  
sa in meo . In lectulo suo et quasi singulariter suo est . q̄ diu  
singulariter in spe est : Cum uero ad spem res accesserit uel  
magis successerit spei quom iam ex parte tenuerit dilectū :  
non iam suus erit hic lectulus sponse • sed magis communis  
sponsi et sponse . Suus est quom quasi sola sine dilecto qui  
escit : Communis est quom ipse adeat : Suus est sponse quom  
quietis et paccatis et cōpositis moribus intra se collecta q̄ e  
scit . Cōis est • quom iam incipit oblectari sponso • forte et ē  
aliquis p̄prios sponsi quando sui oblita peitus : et se exuta  
tota trāfit in ipsum • et q̄ i induit ipso : dilecta ipsi • lectulo  
suo nec effluit extra se • nec turbat iſe : in lectulo cōi affluunt  
os cōibitūs alij p̄prios sponse alicuius et id p̄prio  
ēstendit alicuius alij cōi sponse alicuius et id p̄prio

illi delitie quedam de presentia spōsi . In illo qui solus est  
solus est sponsi amatis exagitata icendio ebilit et excrescit  
effusa et effluens totat ransfunditur in ipsum et in similem  
absorbetur qualitatem : In primo penes se est : in secūdo pe-  
ne illam sponsus : In tertio penitus est ipsa penes ipsum . et  
si dici potest non est nisi ipse : In primo querit : in secundo  
adheret: in tertio unitur illi : In primo tranquillitatem pro-  
priam possidet : in secundo quandam meretur communitatē  
cum dilecto : in tertio assumitur et absorbetur in quandam  
caritatis et gratie unitatem : Melior hic lectulus tertius q̄  
secundus / quanto expressior est unitas q̄ caritas . Bonus ta-  
men primus per quem ad istos paratur ad accessus : q̄ si ad  
carnalis infirmitatis illecebre lectulū sensum deflectere ue-  
lis nec erras / nec laboras sic assignando : Solius enim spon-  
se sub hoc intellectu lectulus est : nec cōmunicatur sponso .  
Nam et si nouimus christum secundum carnis concupiscen-  
tiam tamen non nouimus . cōmuniſ quidem carnis natura :  
sed non est communis illi carnis illecebra . Non refutauit  
lectum doloris nostri : sed non se reclinavit usq; ad sensum  
delectationis nostre : ideo quomodo istū designat i lectulo  
meo dicit : non coiter in nostro . Alibi siquidē legitur : Lec-  
tulus noster floridus / qui cois ē floridus est : uetus statis nil  
hēns : nil corruptōis . quomod ouero ppriū suū lectulū dicit  
nulla ibi fit mentio floris . suus sponse hi ē : sed insuauis ē :  
non floridus : sed orridus illi uidetur . Dura satis cōditio : si  
uel sola corruptio foret . Nunc uero ad infirmitatē accedit  
aduersitas . duplicatū incōmodū lectulus et nox : infirmitas  
et aduersitas : sed magna uis amoris quē neutra cōpescit : nec  
ille miata / nec ista illata : Nō . n . lectulo tenet uel terretur  
nocte : Sed ilcūlo suo et p noctes querit quē diligit aīa eius  
Claustraliū uidet nox ista maxie fratrū · qui et q̄eti a solli  
citudīe et tq̄ i pditi absconditi stū imultitudie hēntes inaltero  
lectulū : inaltero noctis obscuꝝ . Quodamō : n . abscondit cū  
iūslibet q̄libet excelsa cōuersatio : ubi iequalē altitudinē to-  
ta sefratū nūerositas attollit iuxta illā desaluatorē pphetiā

Ambulant i tenebris : et non est eis lumen / sed humane lau  
dis lumen / ut liberius sperent i nomine domini . et in nitan  
tur super diem suum . Quorum absconditus est uultus eo  
rum . Vnde nec reputamus eos / immo qui se ipsos intus  
non reputant . qui se mundi ad usus foris non aptant : Qui  
nec hominum ab ore gloriam exoptant sed illam que ex so  
lo deo est iuxta quod legit Ego gloriam meam non quero  
est qui querat et iudicet . Et qui gloriatur in domino glo  
riat . Hoc est non pro donis domini in hominis fauore qui  
escat : Nec finis huius admixtione spirituelis glorie adul  
terent in aliquo gaudia / sed illi referat gratiam et querat i  
illo gloria / hoc est enim ipsum querere : habet iste in tranquili  
tate lectulum ; in humilitate noctem . Non illum morda  
ces cure circumuolant inquietudinem non exasperant in  
iurie . Sed totum lectulus et nox totum pax et quies : et la  
tebre . Num quid satis est : Fortasse satis / sed laboranti :  
non non satis amanti : Dulcis enim leboranti somnus aman  
tis anxietas / illū dormire non sinit : somnolentiā excutit :  
Vigilias inducit . Amor dequiete ipsa inquietior reddit :  
Quiescit temptatio : quiescit occupatio : quiescit afflictio  
sed quiescere dilectio nescit : Tunc magis uires exercet +  
dulce incendium et flamma uorax de latibulis euadens .  
vacuo liborius euagatur in animo . altius possidens : et au  
dius de paseens . Occasione accepta suum nescit amor non  
exercere negotinm . Semper enim quem amat uel presente  
eo se oblectat / uel absentem desiderat . In die inquit tribula  
tionis mee deū exquisiti manibus meis longe differentior  
querendi ratio nūc a sponsa pponitur : Illam non impellit  
afflictio / sed trahit affectio : ille in psalmo querit aduersus  
tribulationem ista ad amoris usum et oblationem : Ad  
hoc enim refert et quietis lectulum et noctis latibulum ut  
quem diligit et incusse recolat / et sincere sapiat et dulciter  
sentiat . Ergo multo potior diligente quam in indigente  
querendi ratio . quamuis iure dici :

possit q̄ sancta quadam semper eget amor avaritia . Semper enim ad secretiora exestuat : et que tenet non reputans uolubili se raptat in anteriora rotatu : er uitalis instar rote spirituali leuitate ad superiora toto conatu attollitur de terra uix paululum aliquid attingens . deniq̄ in paulo non dum se comprehendisse arbitratur / sed ipse ad anteriora extensus ques̄i tationalis rota sequitur quo illum uastat spiritus feruentis dsiderii . Siuqidem et quam consumauerit homo tunc incipiet . In presenti quoq̄ sponsa dum tenet lectulum : non hoc contenta ardentius querit dilectum . Ille illi lectulis ille dilectus : Lectulus dū infirmam et fatigatam suscepit dilectus dum inflamat et succendit . Lectulus et dilectus quia quiescit in illo et concupiscit et deficit in ipsum . Miraris q̄ dico lectulum ? Audebo et acliiciam nū us aliquid : immo sublimius snper omnē laudis eius . Quanto enim pro me egit uiliora : tanto bonitatis sue dedit inditia maiora . Ipse paruulus lectulns : ipse pulli est nidulus : Et enim passer inuenit sibi domū et turtur nidū ubi repōat pullos suos : Vis audire qualis lectulus ? Iacta cogitatus tu os implumes in domino : et ipse te enutriet / donec formetur et firmet̄ christus ī te et occurras in virum pfectū qui fluctuare nō possit . Bene ergo lectulus qui mihi factus est adeo iustitia et pax et redemptio et sapientia : Quis dabit mihi tali collocari in lectulo ? Quis inquā dabit mihi istos pululos : et ceruicalia huius assui sub cubito et capite meo ? Foclix ceruical quod sibi sponsa supponit : Leua eius sub capite eius et dextera eius amplexabitur me . Alterū iam possidet : alterum iam sibi pollicetur . Leuam tenet / sed dextera querit . Delectationis enim in dextera tua usq̄ in fine . Quasi de lectulo tendit ad lectulū . Suauissimū mibi ceruical bone iesu / spinea illa capitis tui corona . Dulcis lectulus il lud crucis tue lignum . In hoc ego nascor et nutrior / ereor et recreor : et super passionis tue altaria : memorie mibi ni dumlibenter recolloco .

9

Quod si maiora datur et archaniora persentire maiestatis  
misteria: nihil illud alectulo et nocte differt. Si quis ad  
futuram contempletur plenitudinem / non formulam per  
fectionis humane. Nam et perfectius nostrum imperfectū  
est / et ut uerius dicā uix adhuc incoatu: Propterea initiu  
aliquid dicimur creature dei / et tantū primitias accepisse  
spiritus. Temerarius forsitan uidear / qui conor inexperta  
exponere et de sponse lectulo / qne illum suauius forsan et  
secretius collocauit / q̄ conjectura nostra possit attingere.  
Qna propter demisteriis ad mores descendamus / et dica  
mus hoc esse dilectum in lectulo : et per noctes querere /  
cum post cordis strepitum et carnis motum : quieti et pre  
sentium oblii / primitias qnasdam future dulcedinis cap  
tamus delicias: H abes ergo ut breuiter colligam in hoc  
capitulo occasionem actum / et causam: In diligente causa  
actus in querente oportunitas uero et occasio in leetulo et  
nocte innuitur . Breue autem capitulum quoniam bonus  
lectulus in quo suscipit mens fatigata fomentum : Immo  
feruens incendium . In quo amor dum offendiculum non  
habet ; desiderii usum exercet ardentius . Sed iā nos hic pau  
lulum quiescamus ; et in illo utinam lectulo in quo sponsa  
dum quieuit dilectum quesiuīt : ut experientie sensu in no  
bis ipsiis ediscere possumus : quod nunc alios docere cona  
mur : q̄ dulce sit in hoc lectulo quiescere ; et dilectum que  
rere iesum cristum dominum nostrum :

### SERMO TERTIVS

On solet sponsus semper uel pro tempore uel proqnti  
tate anime sequentis uoto respondere . Quesui inquit  
et non inueni illum: Gratum certe uerbum quesui / sed nō  
inueni illum graue: Quid ni graue et intollerabile sic que  
reni et sic amanti ? Nemo enim eo q̄tod ardenter querit:  
non anxie caret / tantoq̄ cumulatiore angustia si uicina spe  
iam iamque apprehensura fraudatur ,

Quanto magis illa quam experte et perdite intante dulce  
dinis puocat esuriens? Credibile est secundum multitudi-  
nem retractate et reuolute in corde dulcedinis: acrior ad  
querendum ictu euerberari animum amantis. Denique ad  
dilectionis mensuram non inuenientis pendatur affectus.  
Si quis in se unq̄ talem expertus est uel dilectionis uel de-  
siderii sensum: proprii estimare potest conjectura exem-  
pli: q̄ querulo sponsa corde p̄tulerit. Non inueni illum.  
Nusquā consolatio: nusq̄ refrigerium: sed ubiq̄ tribulatio-  
nem et dolorem inueni: dum illum quem ardenter diligo  
et instanter quero non inueni. Deniq̄ posuisti me: nō dico  
tibi contrariam sed ate quasi extraneam: et facta sum mihi  
met ipsi grauis: Grauis plane quam tedit uite: tedit lumi-  
nis huius: quoniam lumen oculorum ipsum non est mecum.  
Vbi erit foris consolatio: si intus i me ipsa te abesente tur-  
batio? Conturbatum est cor meum: dereliquit me uirtus  
mea: et lumen oculorum meorum et ipsum nō est mecum:  
Tria hec tecum abierunt: Virtus: ueritas: et idem p̄titas  
Quomodo enim erunt uirtus in doloris lecto: in nocte lu-  
men: et indiuisione et separatione id ipsum? Ad me nunc  
respicit illa prophetialis exprobratio: Quousque dissolue-  
ris filia uaga? Denique et Cayni ex quo egressus est a facie  
domini uagus factus est et profugus. Ego quidem uaga nō  
ita et profuga: magis enim querens: q̄ fugiens: et ut licen-  
tius loquar tibi fuga plus competit. An nō uaga que de lec-  
tuli angustiis transeo ad ambitum urbis: discurrens p̄ pla-  
teas: p̄ uicos: p̄ uigiles? Qui adheret domino unus est spi-  
ritus: dulce hoc ipsum: et ideo dura separatio: Quomodo  
dissipata est hec idem p̄titas: dissipata unio: et ad me dimi-  
diata rediit? Nam tota ate non discessi: Desiderio enim i  
te feror: sed apresentia differor: habeo aliquod i desiderio  
solatium sed totum illud abscondit et absorbet dedilectio-  
ne suplitū: Quo pacto non absconditur omne solatium?  
quam diu abscondis faciem tuam a me? Deniq̄ sicut ait p

pheta. Consolatio abscondita est ab oculis: quia facta est  
inter dilectos diuisio. Sed mihi abscondita quoniam mihi  
fuerat hec unio idulta. Tu enī bonorum nō eges. Bona  
enim mea bona tua sunt/ ideo mihi incumbit desolatio/dū  
a te separari contingit. Tu uirtus mea: Tu lumen oculorum  
meorum: Tu mihi ipsum. Tu mihi totum. Deniq; defecit  
caro mea & cor meū: ut de reliquo mihi carnis affectus  
nec cordis mei sensus respireret: sed sit deus cordis mei: &  
pars mea deus in eternū. Si hāc partē perdidero inanis &  
uacua remanebo: quasi terra sitiens: & quasi uas perditū.  
Assumme assumme qui ebrius et sitiens et uacuo uasi tue  
plenitudinis portionem infunde. Quid parcis torréti illi  
ubertatis rūe: Heu me q̄ rapti trāslit torrens iste nostris in  
conuallibns. Cito quidem transit: sed trahunt me post te  
in eternum desyderium impartite delicie. Delicie abeunt:  
sed desyderium relinquunt. Ille excurrunt: & istud excru  
ciat. Quanto sunt enim progata dulciora: tanto molestior  
de dilectione mora. Ita ne domine suave uide tibi miserā  
mora tali torquere animam: et de penis diligentis et que/  
rentis te ridere: Si maiestas te abducit: misericordia te in/  
clinat. Si te non indulges dilecte misere: uel afflicte. Af/  
flicta sum & humiliata nimis & a gemitu cordis mei:  
mēcum illum rugiens: non inueni illum. Vbi nunc multi  
tudo uiscerū tuorū: & miserationum tuarū: Diu & nimis  
diu continuerunt se super me. Dilecta tua absensis desyde/  
rio: in dolorem se fundit: et tu te contines: Ioseph male/  
meritos de se miseratus fratres: non poterat se cōtinere: sed  
cōmora sunt uiscera eius: & quis esset blande innoruit. Ee  
qdē teuerior esse solet spōsi pieras q̄ fratrī. Tu mihi plus  
q̄ Ioseph. Tu enī frater tu spōsus. Quis dabit mihi te fra/  
trem meum: Ego me totam ad querendum impēdo. Et tu  
me suspendis spōsus & frater: Ergo eris in dilectione mi/  
nor qui es maiestate superior. Magis sibi responderet amor  
et humilitas quā amor et maiestas. Paululū maiestatis ob

liuiscere: misericordie recorderis. In te omne desiderium  
meum. Ut quid non ante te? Ut quid absconditus est a te:  
genitus meus: qui totus est per te. Dissimulas et differs et  
auertis faciem tuam a me: et facta sum conturbata. Pro/  
pterea queror et causor et clamito non inueni illum. Felix  
conditio quando dicere datum fuit. Dilectus meus mihi et  
ego illi. Nunc uero ego dilecto meo: sed nondum ad me  
conuersio eius. Amara quidem amanti cōmutatio. Idcirco  
per uices uocem committo: non inueni illum. Omnia tem/  
pus habent: et suis spatiis uniuersa sub sole transcurrunt.  
Quando erunt ut cum sole permaneant: et ante mutabilita/  
tem lune: ut in eternitate stent: et non transcurrant cū tem/  
pore? Nunc uero omnia tempus habent: et habet forsitan  
suūm tempus eternitas ipsa. Dicūtur enim et tempora eter/  
na: eterna ergo in se eterna: sed nobis parata sunt tempore  
suo. Omnia tempus habent: tempus amplectendi et tempus  
ab amplexu longe fieri. Quod ergo erit aptū magis quam  
nox amplectendi tempus? Immo quis erit aptior ad ample/  
ctendum uel lectulo locus: uel nocte tempus? In pace lo/  
cus ruus: et ideo quietis tempus: et pacis tibi paraui in cor/  
de meo lectulū. Veniat dilectus metis: ueniat delectatio  
mea et requiescat i cubili suo. Tu forsan dispensatione dif/  
fers. Sed non capit amor impatiens de dispensatione solla/  
tum. Scio mihi repositum tempore suo. Sed de fugacis tar/  
ditate temporis causatur. Tu differs: ego quidem diutius  
non quero: sed surgam et circuibo ciuitatem. Contemno  
lectulum: et initium sermonis derelinquo: ut ad perfectio/  
ra ferar. Nam et si sponsa sum et perfecta: pro regule mo/  
dulo humane initium tantū accepisse me reputo. ad quod  
restat respiciens. Surgam et circuibo ciuitatem: queram  
per uicos et plateas. Iesu bone quid est quod alicubi non in/  
ueniris qui ubiq̄ crederis. Multe quidem mansiones in do/  
mo patris tui sunt: sed nunquam alias deseris ad alias tran/  
siens: qui infinitus ipse et immensus es. Vbiq̄ creaturaꝝ  
totus

totus es creans et continens: sed infinitatem tuam creatura nulla potest exprimere: quanuis uirtutem nulla non pos sit ex parte innuere. Vbique totus per essentiam: sed non equaliter in singulis per efficientiam. Nam et si ex toto te ubique opereris totum: non tamen quod potentie tue est: ubique immo potius nusquam operaris. Indifferenti enim uirtute efficis in minimis minima: et magnis maiora. Cum ergo uirtus tua ubique et tota operetur: nusquam tamen tota expeditur: quia quomodo uolueris suppetit tibi efficere maiora: nec tota exprimitur: quia ueritatem non possunt ad integrum emulari simulata. Omnia ergo te mihi monstrant ad cognitionem: sed non omnia me mouere possunt intus ad deuotionem. Vbique in te impingo: sed non ubique compungor. Vbique te mihi ingerit rex species et usus et ordo: sed uerbum sapientiam: non uerbum salutem. Verbum autem sapientia et salus id est christus iesus tantum in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. propterea surgam et circuibo ciuitatem. Surge inquit Paulus qui dormis: et exurge a mortuis: et illuminabit te christus. Surgam ego non de mortuis operibus. Sed de prauis moribus: sed de bonis ad meliora: de moribus ad mysteria: de mysticis ad manifesta: de serenis ad suauia. Surgam et circuibo ciuitatem illam: de qua dicitur. Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Ergo surgendum est ei qui in montana uult cum maria condescendere: et prodigus ille filius in se reuersus. Surgam inquit et uadam ad patrem meum Prudenter ait surgam iturus ad eum: qui in celis est patrem. Sed nimis exilem et macilenter spem reposuerat in suo mercenariam conditionem patrem rogaturus. Modeste quidem pro meritis: sed de paternae miserationis copia humili ter nimis et iniuriose sentiens uere famelici dans in hoc anni iudicium et inedia confecti: Dicam inquit ei. Pater fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Non enim poterat ieuniam et macram spem ad maiora porrigere. Surgam inquit b

et uadam ad patrem meum . Iste de querendo nil mouetur  
patre : tantum de flectendo sollicitus . Que spōsa certe est  
de gratia postulat presentiam tantū . Surgam inquit et cir/  
cuibo : queram quem diligit anima mea : inuentionem suf/  
ficerē reputans . Vide si non in presenti hec possit obserua/  
ri distinctio . quoniam patris exposita est et parata cunctis  
indulgentia . Delicie uero fugaces et recondite et latibulis  
gaudentes . Ideo ille dicit . Surgam et uadam . Illa uero .  
Surgam et queram . Deniq; et pater occurrit penitēti . Spō/  
sus se subducit diligenti . Misericordia sui profusior est : de/  
lectatio parcior . Id autem non incongrue ab utroq; posi/  
tum intelligitur quod dicitur surgam . Non permittit te  
Paulus : que sursum sunt querere : nisi prius resurrexeris .  
Non potes que sursum sunt sapere : nisi prius illa quesie/  
ris : Quid enī illa bona que sursum sunt inuenire : nisi quo/  
dam dulcedinis et experientie gustu persentire illa ? Ideo  
cuncta perlustrat et scrutatur : ut quod amat alicubi degu/  
stet . Surgam inquit et circuibo ciuitatem : queram per ui/  
cos et plateas quem diligit anima mea . Multū sibi fiducie  
sanctus amor assumit . Quantū enim putas diligebat : que  
tantum presumebat ? Surgam inquit et circuibo ciuitatem  
Non tieniet in conspectum tuum domine omnis ypocrita :  
Abscondit se Adam : ex quo bone conscientie ausum amisit  
et inuentum se doluit : qui magis querere debuerat . Qui fi/  
cte diligit fugit conspectum tuum : que uero sponsa est et  
caritatis dotata munere etiam fugientem insectatur . Quo  
ibis bone Iesu a facie uehementis desiderii . Si ascēderis in  
celum illuc est : si descenderis in infernum adest . Vbiq; te  
sequitur curiosa scutatrix : et per singulos operum tuorum  
gradus discurrens quod fide tenet : conatur transfundere in  
affectū : et admirande maiestati déuotione respondere . Ad  
dilectionis incentium omnia euangelii documenta de/  
ducit : ut in quibus ueritatem suscipit / uirtutem persentiat  
te ipsum sponsum suum christe Iesu . Qui uiuis et regnas

per omnia secula seculorum. Amen.

### SERMO QVARTVS

**C**ircuitus iste non est per uagationis sed inuestigationis. At si uagatur que circuit: non euagatur tamen non excedit terminos ciuitatis: non loca que dilectus ambulare solet. In circuitu ambulat: sed intus ambulat per uicos et plateas ciuitatis. Sapientia enim in his uisit se ostendit hilariter et in plateis dat uocem suam. Ideo in ipsis circuit quia nouit ubi soleat uberior occursus esse dilecti. Circuibo inquit: queram per uicos et plateas. Frequentis tibi est o felix anima talis circuitus et accessus familiaris: et nota sunt tibi omnia ciuitatis: circuitus: et recessus intimi. Angusta uicorum et lata platearum. Introduxit te rex in cellam uinariam. Nunquid et in omnes alios secretiores recessus? Omnia tibi sunt aperta: et per uia: et usu quodam ad beatum hunc expeditam te seris circuitum. Ideo non cunctanti sed confidenti dissimilis dicit. Circuibo ciuitatem. Et quantum putatis fratres: quantum solatii confert inuisere: interim et crebro conterere gressu loca in quibus stare solebant pedes eius quem diligit. Nescio quo pacto loca in quibus aliquid boni experti sumus: et expressius id ipsum imprimunt memorie: et ex ordine ante mentis depingunt oculos. et quod iam experti sumus in ipsum iterato speramus. Ego loca ista non corporalia sed spiritualia crediderim oportuna ad anime exercitationem spiritualem: propterea in his accipiamus circuitum. Circuitus iste an recordationis est an inuestigationis? Circuit enim qui uel nota recolit: uel ex ipsis notis colligit que nondum sunt nota. Circuit quodammodo qui nota recordatur: uel preservatur noua. Circuitus quidam est: quom ea que iam fide uel intelligentia tenemus ordine retractamus. Circuitus quidam est: cum ex his que iam tenemus ad occultiora tendimus et penetramus. Circuitus ille oblationis est: iste ratio nis. Ille amicabilior est: iste acutior. Et quoniam ille circui

tus magis accommodatus sponse uideatur: neutrū tamen illi negabimus. Siue enim nota et comperta reuiserit: siue inuestiget noua: in omnibus amoris tantum fomitem querit. Bonus quidem rationis circuitus: sed quando se ratio ipsa intra fidei regulas continet: et eius terminos non excedit de fide ad fidem: uel de fide ad intelligentiam pertinens: Intelligentia quidem etsi fidem excedit: non tamen aliud contuetur; q̄ quod fide continetur. In intelligentia q̄ in fide non certitudo maior est sed serenitas: neutra uel errat: uel heret. Vbi uel error uel hesitatio est intelligentia non est: ubi hesitatio est fides non est. Et si fides admittere posse uidetur errorem non est vera nec catholica fides sed erronea crudelitas. Fides ut sic dicam ueritatem tectā tenet et possidet intelligentiam reuelatam et nudam contuetur ratio conatur reuelare. Ratio inter fidem intelligentiamq̄ discurrens ad illam se erigit: sed ista se regit. Ratio plus aliquid q̄ credere uult. Quid aliud? Cōspicere. Aliud est credere aliud est cernere: non tamen aliud q̄ quod fide conspicit/conspicere conatur. Et si nondum sincere uidere potest. quibusdam tamen accommodatis experimentis coniicere tentat que iam solida fide concepit. Ratio supra fidem conatur: fide tamen nititur fide cohibetur. In primo deuota est: in secundo pudens: in tertio sobria: et ut sic dicam: fides tenet tuerit ratio: intelligentia intuetur. Bonus iste circuitus: in quo mens rationis ductu peruestigando procedit: sed a fide non recedit instructa a fide: et restricta ad fidem. Erronea plane si non cuncta ad eius referat examen: et citum rationis incessum ad fidei maturitatem castiget. Bonus circuitus: ubi quis transformatur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu. Bonus circuitus ubi quis posteriore oblitus ad anteriora extendit semetipsum: si quo modo cōprehendat. Bonus certe circuitus: non modo quom noua semper et occultiora comprehenduntur: sed quom iam apprehēsa noua et recenti sepe affectu reuol-

uuntur. Quomodo nō modo quod restat penetratur: sed quod  
 iam penetratum est frequenter iteratur. Iucūdus circuitus  
 et sponse non ignotus. Ideo confidenter dicit. Surgam et  
 circuibo ciuitatem. Que apertius esse poterit ciuitas q̄ il-  
 la de qua dictum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: Et  
 quidem uniuersitas creature dici potest non inconueni-  
 enter ciuitas dei: ab eo condita: et ab eo disposita. Glorio-  
 sa plane et pro specie et pro ordine. Nam pro actibus mi-  
 nus iustis quos depravate mentis producit libertas quan-  
 tum in ipsum est nimis in gloria: nec ex ipsis est q̄ ordi-  
 nem diuine dispositionis non effugiant: quem non inten-  
 dunt. Soli autem uere gloriosi sunt qui diuine dispositio-  
 ni supponunt studium solliciti: prime conditionis: integrā  
 seruare gratiam: uel referare corruptam. Isti genio quidem  
 modo gloriosi efficiuntur naturali cum ceteris conditione  
 et uoluntaria preceteris coaptatione ad ordinantis et diri-  
 gentis dei nutum. Dicitur ergo ciuitas dei uniuersitas cre-  
 ature: quippe legibus administrata dispensationis ipsius.  
 Ipse uniuersus creature speciem existentem prestat in pro-  
 priō genere in usu efficaciam: continentiam in ordine: ut  
 etiam in se ipsa pulchra sit: et in uniuersitate superuacua  
 non sit: et cum reliquis incontinens et repugnans non sit.  
 Siue enim res nature agatur motu: siue libero arbitrii nu-  
 tu: siue diuine instinctu gratie: siue singulis his rationibus  
 siue coniunctis res agarur: quelibet diuina intus operante  
 efficacia et modum accipit et motum. Modū quasi legem  
 quandam ordinis: et motum actionis. Non modo enim ab  
 eo cuiuslibet motionis nativa facultas: sed eiuslibet facul-  
 tatis admīstrat̄ motione: ut simul ab ipso sit: et uirtus et mo-  
 tus uirtutis: motus uero intentionis praeceps: et ab ipso hēc q̄  
 motus ē: et ab ipso nō hēc q̄ prauus ē. Neq; enī ab ipso ē q̄  
 i minus ordinatū finē dirigit. Vide uenditionē Ioseph: de  
 scensum in egyptum: egressum et insectationem Pharaonis:  
 submersionem exercitus et erectionem israel: quomo-

do incarnationis et passio*n*is christi et ereptionis nostre ser  
uient misteriis: et multis quidem in locis similia diligens  
repperiret. Non ergo possent antiqua delicta nouis deser  
uire sacramentis nisi occulta ratione diuina intus operan  
te prouidentia. Nec enī illa antiqua casu quodam et indif  
ferenter ita prouenere: quibus noua postmodum a prudēti  
dispensatore et obseruatore diligentē aptarentur misteria:  
magis autem illa ad hōꝝ sūt significationē non hoīe illud  
intendēte: sed deo disponente prepata q̄ hec illis adaptata  
Quod deniqꝫ qui dominus eo potissimū tempore ad passio  
ne adductus: q̄ hac hora: hoc die: hoc mortis affectus est  
genere. Quis ista aut leget mistica: aut credat fortuita  
Quo die est hō conditus: eo repatus: qua hora sententiam p  
tulit/ indulgentiam meruit: per lignū mortis inducta: per  
lignum uita restituta: et nescio quis diuinitus ista non di  
spensata: sed humanitus administrata cōtendit: habes agn  
i paschalis tempus: habes īmaculatam hostiam: habes erepti  
onis horam israelitice de egypto: habes ereptionis tue gra  
tiam de seculi errore: de uanitate de nativitate corrupta.  
et hoc simpliciter contigisse credis deo nō dispensante: sed  
in deo operante quanuis non obseruante. Hec inquam que  
tam apte concurrūt de crucis ligno: de tempore: de hora:  
de die: et reliquis que obseruari prudenter possunt: circū/  
stantias iudaice deputas dementie: non diuine sapientie.  
Prorsus in tam salubri remedio et cum antiquis in unā for  
mam concurrere sacramentis: et fortuitus casus excluditur  
et humanus intuitus/ sed non diuinus nutus. Et i Isaie pro  
phetia inuenies ad Ezechiam dictum. Data sunt omia hec  
in manus caldeoꝝ. Vbi data esse dicit ostendit nō tantum  
prophetia predicta: sed etiam iudicaria quedam equitate  
donata. Ex his et huiusmōi passim per oēm scripturaꝝ tex  
tum cui dubium residebit diuinam pariter uirtutem: sapiē  
tiam iustis legibus prauas rationalis creature non inspira  
re quidē sed dispēsare uolūtates: Quod si ita est: multo mi

nus ambigi potest morus ceterorum animantium que natura  
li ducuntur affectu: et sensuum imaginationis tantum agun  
tur iudicio non arbitrio rationis a diuina dispositione mi  
nime exemptos: et ut semel cocludam uniuersorum uel essen  
tiam que in hoc aut in hoc rex genere sunt: uel essentiam  
que sunt: uel usum quo aliquid efficiunt. Iustissimus potē  
tissimus prudentissimus moderator eternis et imutabilibus  
mouet et mutat et continet decretoꝝ regulis: et cunctā cre  
aturam nusqꝫ exorbitāte regit iustitia: quasi ordinatissimā  
et dispositissimā ciuitatem. Heccine ergo ciuitas est: uni  
uersitas creature quam sponsa circuiturā se proponit. Cir  
cuierunt sapientes huius seculi rex naturam et in artificio  
suo operantem aduerterunt sapientiam dei: operantem di  
co: sed non opus de quo legitur: Deus autem rex noster an  
te secula operatus est salutem in medio terre. Cognouerūt  
in opere artificem: sed non glorificauerūt: aut gratias ege  
runt. Fidelis anima omnia replicat et recenset in laudē dei  
et omnem creaturam prouocat ad glorificandum: ut se ip  
sam excitet in gratiam: et uniuersitatis contiuuīt diuinū sū  
muletur ī amorem. Circuituit Salomon et de cedro libani  
disputauit usque ad ylöpum. Circuituit in ecclesiaste er de  
electorꝝ postqꝫ deseruit circuitu ad humanos actus disputa  
tionem deriuauit: ut de transeunte rex uanitate ad perma  
nentem transiret ueritatē. Circuituit Job: immo circuſu  
ctus est magis a domino per terre fundamenta: per mensu  
ram: per lineam: et bases: et lapidem angularē et astra ma  
tutina et filiorum dei iubilum: per maris hostia et uulnus  
et uestimentum: et caliginosos in facie pannos: per termi  
nos: uestes: et hostia: per ortum diluculi: et aurore locum  
et ceteras quasdā ceterarū rerum naturas. oēs n. numerare  
longū erat: que omnia prudēter intuenti admirationē con  
ditoris facerent: et pie cōsideranti amore. et hec cōiter oī  
bus pposita sunt ratione utentibus: et conditoris sui mai  
statem manifesta pulchritudinis sue spē cōmēdat. Sub tam

pulchro tamen uelamine pulchriora sunt que latent saluati  
onis nostre sacramenta et multiplicita spiritualium dona gra  
tiaꝝ . Deniqꝝ et dauid in fine psalmoꝝ cum omnē creaturā  
in laudem dei concitasset . Cantate inquit deo canticum no  
uum : laus eius in ecclesia sanctorum . Vere nouū cuius ne  
scit antiquitatem materia : fastidium gratia : que semp est  
amore recens : usu recentior . Vere enī nouum quod homi  
num aīos ad eternā inuocat beatitudinem . Deniqꝝ legitur .  
Ne memineris priorum : et antiqua ne intueamini : noua  
quoqꝝ ego facio : Iure noua que ab antiquo currētis nature  
nequaꝝ coclusa sūt legibus . Laus eius in ecclesia sanctorū  
Quodam utiqꝝ excellentie priuilegio : nō tantum equitatis  
dispēsatione : sed gratuito sacerdotalis dono et munere . Laus  
eius in ecclesia sanctorū , quoniam ita laudem eius sacerdorū  
ostendit actus : ut illam attendat affectus . Sancti enī excel  
lenter gratiarū dona suscipiunt : deuotione persentiūt : gra  
tulatione persoluunt Ideo quodam laudatur priuilegio in  
ecclesia sanctorū : Extra ecclesiam laudatur ministerio in  
fēibili : et muto rerū : uano hoīnū . In rebus isatiatis cōditō  
i hoībus nō renatis aliquāta cognitio i neutrī tamen dilectō  
Nā dilectio cōditoris sui i primis nulla : i secūdis nō scā .  
Laus eius i ecclesia sacerdotꝝ . Sāctus enī et que cōdita sūt : ut  
naturaliter sint : et que dispēsata sunt : ut incōueniēter et in  
ordinate nō sint : et que predestinata sūt ut beate sint . Vni  
uersa pscrutatur : et extimat q̄tum datur : ut per hec aucto  
ris iuxta uires colligat notionem : migret ad emulationem  
rapiatur in affectionem . Hec ergo ciuitas spūalis est : hec  
ecclesia sanctorum : quam circuituram sese spōsa presumit  
Deus bone quāta hic utilium copia speculationum . Quis  
enī satis existimare potest q̄ pulchra et q̄ plurima sint ubi  
que spectacula in sacramētis : exemplis : miraculis . Prima  
saluationis : secunda conuersationis : arrestationis sunt ter  
tia . Quid uero quom de misteriis : quom de moribus ad re  
munerationes eternas : temporalium meritorum admiratu-

ra mens assurgit : Quantum ibi profusis uotis refunditur  
gaudii : Filii hominū ut quid diligit uana : et queritis mé-  
daciū : ut quid animū ad aliena oblectamenta conuertip-  
tis : Laboriose quesitis labentes delicias . Quasi tenetis ad  
manū materiam fidei nostre misteria ad memoriā prompta-  
ad meditandum p̄fusa : ad subsistendum perpetua : ad suffi-  
ciēdum plena . Filii inquam hominū imo filii excelsi alūni  
religionis qui regularis discipline limina teritis : ut quid  
arida fauce aquas cenulentas sititis : celestes fastiditis : Ut  
quid cogitationes admittitis in animum : ad quarum actio-  
nes nō mittitis manū ? Quod agere penitus detrectaris :  
ut quid studiosa mente retractatis ? Experti frequēter estis  
q̄ oēm hāc inanem pompam recogitate turpitudinis citius  
excipere solet exitus penitudinis . Deniq̄ et pudor est pro-  
dere et pena reticere . Meditationis ergo mutate materiā :  
sed seruare instantiam . Quā fedum ē tunc studia nostra mi-  
nui quom mutantur i melius . hoc autē dico : sicut exhibui-  
stis animum ad cogitatus affectuosos fede turpitudinis :  
ita exhibete nunc ad secundos circuitus pulchre ueritatis .  
Circundate syon inquit psalmus et cōpleteimini eam . Cir-  
cundate meditando : completemini amando . Complecti-  
mini eam ut eius sit et comprehensio integra : et collocatio  
integra . Plus aliquid innuere uidetur cōplexus q̄ circui-  
tus . Complexus similis continet totum : circuitus de alio i  
alium facit transitum . In hoc tamē circuitus prestare uide-  
tur : quod ea que completemur indifferenter et inuolute  
constringimus . ubi uero circuitus est : singula seriatim di-  
scurrimus . Ille contentus est summa : iste discurrit p̄ sin-  
gula . Esuriens enim et querens animus : dum illum non  
satiant aliqua : semper rapitur ad reliqua : Et quodam  
uoluitui circuitu currētis desiderii protracti rotatu : donec  
repleatur in bonis esuries amoris : et occupet in illo cursus  
sui statum / in quo tantum non inuenit . Nulla enim que  
creata sunt i conditionis sue statu infinita sūt et ideo mens

que circuit uniuersa pertransit ut pertingat ad ipsum. Sur  
gam inquit et circuibo ciuitatem. Circuibo in cunctis eū  
quem diligo querens: sed nusq; reperiens. Inuisibilia ipsi  
us per ea que facta sunt intellecta conspicitur: sed tamen  
nullius nature q̄libet excellētis / et ad ipsius accendentis  
imitationē plene uel instruor iudicio uel incendor officio.  
Tantum .n. et pigrum et tardum / et inefficax ad cōditoris  
cōmendationē eorū que condita sūt redditur misteriū q̄tū  
noscit a ueritate distare simulacru. Ergo circuibo ciuitatē  
uniuersa ptingēs uniuersa p̄trāsiēs / ptigēs qua ex pte ipsius  
imaginem differenter preferunt / pertransiens ubi citra per  
fectum subsistunt: Circuibo ciuitatem / ubiq; capiens refri  
gerium et fastidium capiens. Quo nam enī modo non me  
refrigerat: quod amoris mei pignus aliquod portat: prefert  
indiciū / indicit memoriam / notitiam inducit. Sed iterum  
quo nam pacto non tolero tedium dum quadam me recogni  
to preludi imagine: et umbra detineri: nudam et simplicē  
non tenere ueritatem. Circuibo ciuitatem quoniam in to  
to eius tam pulchro ambitu ubiq; refoueor / sed nusq; refici  
or. Nec me fatigabit iste circuitus / donec pateat plenior  
aditus / ut intrem in sanctuarium dei / et intelligam in no  
uissimis eius. habebit ibi circuitus terminum / quom reple  
ti fuerimus in bonis domus tue domine / quom intellexero  
in nouissimis eius illum qui primus est et nouissimus init  
ium et finis. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipso in ip  
sum / ire et redire / desiderio ire / delectatione redire. dum  
semper eius quod expiētia desiderat / presentia satis / ut mēs  
possidentis et contuentis: et illi sit per appetentiā intēta et  
illo sit suffcienter contenta. Sic enī pennata illa et oculata  
animalia in medio et in circuitu sedis dei leguntur. In me  
dio quia uoti sui perducuntur ad intima. In circuitu quia  
rediuiuo seper uoto ferūtur in eadē ipsa. In medio q̄a eoꝝ  
iam cōpletū est uotū. In circuitu quia non suffciunt cōpre  
hendre totum. In medio sunt admissa per gratiā: et in cir

16

cuitu sunt exclusa per differentem naturam. In medio sunt quia unita per contemplationem: et in circuitu quia disiecta per compationem. Que est enim sedes ista: nisi ea de qua loquitur apostolus: Lux inaccessibilis quam inhabitat deus. Denique quantilibet oculata sint beata illa animalia/ et illuminat illa: ut quantum possunt capiant: et excedit ne ad totum sufficient. O quam ampla ibi speculatoria; quam late in illa luminis infinitate patent: quam coarctati et cuncti et pretensi in illa simplicitate caritate eternitate uici. Vie ille uie pulchre et semite pacifice. Non in illis uel errare uel laborare semitis. Undique occurrit ibi sponsus: et leto ut sic dicam uultu se offert et influit dilectione: de cetero non in diegas queri Iesus christus qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

### SERMO QVINTVS

**L**ongum hesternus sermo in exequendo sponse circu-  
litu traxit limitem. Gracie tibi domine iesu christe:  
quod fecisti tam dulcia fauibus tuis eloquia tua super  
mel ori meo. Ideo uix ab ore que semel gustata sunt disce-  
dunt ut alia succedant. Cum mora ruminantur: et si deglu-  
tita fuerint: suauius quidem ructu denuo redeunt ad ruminum.  
Poterant hec omnia breuiter et cursim dici: sed materie que  
tractatur gratia comedentis blanditur palato: et quandam  
sui appetentiam facit: non facile cedens cum semel inducta  
fuerit in discussionem. Nam et quem mandendum infantulo  
nutrix cominuit panem: iam satis studiose dente subactum  
aliquotiens cum mora detineat gustus illecta sapore. Et nos  
cantici huius solidos aliis si qui forte indigent cominuen-  
tes cibos gustate suavitatis tacturam facere nequimus. Sed  
ita alieno inseruimus usui: ut et nostro satisfaciamus in par-  
te desiderio. Denique cōterminatum reor sermonem et cō-  
petenti fine conclusum impatienti exhalatione epule uer-  
bi redeunt ad labia: et dum abundaties suavitatis eructatur  
memoria ad discussionem reuocatur materia. Quid enim?

Cur non ficus frequenter concurrit : cuius fructus frequenter nunquam excutitur . Quid mirum si conuellitur sepius que propria expoliatione secundior effecta : cum uelli, canticis uidetur certare manu : et decerpentis auditatē ubertate conuincere . Non talis illa cui maledixit dominus iesus : nihil in ea fructus inueniens , pro sterilitate ariditate eterna condemnans illam : Vide quomodo aridas fecit fidelis christi iudeorum traditiones et dogmata philosophorum Quomodo arefecit flumina egypti non est in eorum doctrinis et interpretationibus fructum inuenire de quo legitur in psalmis : Terra nostra dabit fructum suum . Non potest eorum uicis et plateis christus inueniri . Iam o iudei emigravit a vinculis uestris . Iam dimisit domū suam ; dereliquit hereditatem suam . Denique facti estis quasi tugurium in cumerario : quasi ciuitas que uastatur . Sed et de plateis nihilominus legitur : quasi corruit in platea ueritas . Si quidem de gentium philosophis dictum est quod ueritate dei detinuerunt in mendacio . An non tibi uidetur congrue accipi in uicis israel secundum carnem : quoniam de uno erant semine abrae et in unum compacti et coarctati ritum : una lege constricti . Sapientes autem gentium iure adumbrantur in plateis : quoniam effrenata libertate et licentia extraveritaris euagari sunt tramitem / de maiestate diuina sentientes et asserentes non minus absonta dignitati quam reluctantia ueritati . Iudei paupertate intelligentie circa diuine singularitatem constricti substantie usque ad filii et spiritus sancti personas non potuerunt fidei incrementa dilatare . Gentium philosophi per planū diffusi / et nullo diuine eruditio[n]is obice tardati / deo[rum] induxerunt numerositatem in naturis infinitatē in personis / sentientes inter se singuli uaria : uniuersi uana . Sed que iam anima in istis uel uicis plateis inquirit spōsum : Cocubina est si qua est et adultera : quare alterius cotuberniū habet cum spōlo p[ro]perū : altera male fidum . Quid enī . ibi querat / ubi casta nō occurrit sapi

entia: sed peregrina et meretricia. Talis tibi depingitur in prouerbiis. Occurrens uecordi iuueni: ubi transire in platea prope angulum aduersperascente die: in noctis tenebris et caligine mulier ornatu meretricio preparata ad capiendas animas garula et uaga: nunc foris nunc in plateis: nūc iuxta angulos. Suspecta mihi est talis platea: in qua mulier tam uaria et uersipellis blāditiarum suarum insidias uerordi machinatur iuueni. Nescio enim quid obscurum et distortum et fucatum mihi significat nox et angulus et ornatu meretricius. Suspecta est mihi omnis doctrina et certe despecta que nullam inducit de christo mētionem: que eius me nec sacramentis renouat: nec preceptis informat: nec promissis inflamat. Nam iudei quidem habent in pagina illum: sed interpretationem non habent. Adhuc enim uelamen est magis in eorum mēte q̄ lege. Nec enim auferri potest: nisi cum conuersi fuerint ad dominum. Suspecta est mihi tam in diuinis sensibus q̄ i humanis usibus unius licentia: alterius restrictio: obstinatio utriusq;. Vnius in diuina natura numerositas: alterius singularitas: utriusq; cecitas. Ideo sponse non dederi in istis uicis et plateis que rere dilectum: Alios illi assignemus uicos: alias plateas: quas sibi christus despousauit in fide et ueritate. Et quidē gemina quedam est conuersatio fidelium. Alii latam sectā tur uiam: alii arctissime se tradunt discipline. Nam et si scribitur arcta uia que dicit ad uitam. Est tamē quepiā in hoc genere distīctō et arctioris respectu alia reputat latior. An nō tibi uideā latitudo mandati: ubi nemo cōpellit ad pfectiōē: sed iſirme nō modo ualitudini sed ēt uolūtari in ferioris gradus pmittit licētia? Gratia tibi domie Iesu christe q̄ nobis salutis occasioneſ paras et ita uegetis et alacribus propouis consilium: ut etiam egroris disponas remedium et pigris dispensas ascensum. Non modo uicos districte uiuentium habet ciuitas tua sancta hyerusalē sed etiam plateas humiliora et planiora diligētum si in omni profē

sione et ordine que sponsa est eius quē caste diligit uestigia  
querit quatenus habeat undecunque et operationis exem/  
plum et amoris incendium. Non dēdignatur ab his ēt qui  
foris sunt: qui in illa arctioris discipline regula constrin/  
guntur: reputans feruentiorem ibi frequēter affectum: ubi  
infirmiter fuerit ordinis gradus. Quid dicemus de his qui  
nusquam salutis occasions querunt. ubi causantes remissi  
onem in plateis et in uicis indiscretionem? Denique tales  
multi sunt: qui omnes perscrutantur pfessiones et ordines.  
sed in his nulla inueniunt que illos trahant: sed cuncta qui  
bus ipsi detrahant: calumniates quod descriptio in aliis  
sit nimia: in aliis nulla. Istorū dicere est et quidem q̄ mi  
sere tam uere non inueni illum. Praeius certe sensus: ut di/  
cas: ecce christus hic: immo ecce illic. Pessimus uero si di/  
cas: nec hic nec illic. Vtrobīq; querit sponsa et hic et illic:  
Queram per uicos et plateas quem diligit anima mea. Per  
uicos distinctionem accipe: per plateas dispensationē. Neu  
tram in mysticis ecclesie sinistre interpreteris. Vtranque  
ecclesia recipit: In utraque sponsa querit christum. Noli ī  
altero tantum: in utroq; christum quere. Vicis plateas in  
te ipso cōiunge. Queris quomodo? Si te coarctat afflictio  
aut uoluntarie suscepta: aut uiolenter impacta: intus in cor  
de gaudio dilatare spirituali. et iam uicis plateas copulasti.  
Non tibi tenetur utrūq; tenere: qui in tribulatione dilata  
tum sibi letatur. Apostolus in arcto tribulationis quandam  
latitudinem optabat illis quibus ait. Spe gaudentes in tri/  
bulatione patientes. Deniq; ad spem latitudo refertur: ha/  
bentes inquit tantas promissiones carissimi dilatamini et  
uos: Angusta est nobis in presenti res: spes uero lata. Arcta  
possessio. expectatio quidem profusior. Ergo ad latitudi/  
nē spei plateas istas referto. Spe gaudentes apīū dicit. Pro/  
pheta uero: adhuc replebunt platee choris / uōtētiū. Vides  
quō sibi de spe et plateis sentiūt cōsona apostolus et pphe/  
ta. Vtrīq; enī gaudiū assignat. Simul etiam hoc aduerten/

AB

dum iuxta aliam distinctionem quod etiam in uicis mansio  
est ad domesticas utilitates. In plateis feriatio quedam ad  
iucunditatem. In plateis enim chorus est et conuentus lu-  
dentium. Ergo uacationis et leticie usus in plateis est. Bo-  
ne quidem platee in quibus alaci satis agilitate in leues  
contemplationis saltus: animus se spiritualis exagitat. In  
plateis ergo querit sponsa quem diligit: dum domesticis  
euoluta curis: dum extra corporis effecta mansionem: et do-  
mum terrestrem quantum datur deserens quam libere tam  
lete contemplari studet. In uicis est mansio diuturnior. In  
plateis quidem breuis: sed dulcior. In uicis uirtutum usus  
est et exercitium: que necessaria nobis sunt: dum in corpo-  
ris huius habitaculo moramur. In plateis uero feriata que-  
dam felicitatis future preludia. Et uide nunc uerborum se-  
riem. Primo ponit uicos. conseqneter plateas. habes et in  
psalmo simile. Quā dilecta tabernacula tua domine uir-  
tutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini.  
Miraris sponse sedulitatem ordinem sequere. Noli te pru-  
dentiorem uel promptiorem spōsa presumere. primo exer-  
ce te in opereuirtuali: ut deinceps ad ueritatis speculato-  
rium conscendas. Quid illac ingressum paras: qua exitus  
ē cū sponsa per uicos ad plateas ueni: et cum psalista post  
tabernacula uirtutum ad ampla ueritatis atria: alioquin or-  
dinem si conuertis peruertis. Quanto magis coangustati  
sunt uici: tanto uberiora et liberiora sunt ocia mēris. Quid  
ocia dico: deuotionem dicerem iustius. Arcta est eius disci-  
plina animam in deuotionem dilatat. Siue libertatem si-  
ue letitiam in plateis intelligas. Vbi ampliores quā in  
hoc ordine nostro plateas repperies. Sed nec facile dixeris  
ubi sūt arctiores uici: ubi maior libertas et ad usū et exerci-  
tiū uirtutis q̄ i hoc ordīe et cōuētu sācto: et iō maior ad bo-  
nū libertas eo q̄ sit mōr licētia i malū. Quo maior distri-  
ctio et maior directio: Arctiores uici ampliores plateas effi-  
ciunt. Quid ergo est per uicos et plateas tēsum querere:

nisi hoc se modo et restringere et extenderet ad capiendam  
de ipsius illustratione letitiam. Vis ut utraq; intus in men-  
te al signem plateas et uicos? Non ne tibi uidetur in uico  
quodam et uelut in arcto positus: is cuius uexatur patien-  
tia: castitas arcetur: coangustatur caritas? Quid in nullo  
uirtutis studio libere et sine labore uersatur: sine labore et  
anxio conatu animi: non tibi in uicis quasi locutus uide-  
tur. Et quanuis non sine labore non sine conatu: querunt ta-  
men etiam qui tales sunt quietem in illo quem diligit ani-  
ma sua: quasi per uicos querunt: De quibus propheta. Do-  
mine in angustia quesierunt te: et in semita iudicioꝝ tuo/  
rum domine sustinuimus te. Rudibns et nonitiis istud se/  
pius euenit: qui solent uel uariis tentamētis: uel quodam  
tedio laborare: quando eos aut carnis desideria coartant.  
aut uirtutum non exbilarat oblectatio. Et beatus qui non  
est scandalizatus in istis qui non offenditur: qui non per-  
dit iesum. sed magis querit per uicos tales qui in angustiis  
querit. Non sic de quibusdam dicitur. In angustia quesie-  
runt te. In tribulatione murmuris doctrina tua eis: immo  
et exercitia uirtutis et doctrinā patris intelligit in angui-  
stis illis: et protendit a fine usq; ad finem fortiter: donec  
de uicis ad plateas euadat: et qui perfectiores sunt: et pla-  
teis assueti aliquotiens ad angustias uicorum subito sintur  
relabi. Et quis perfectior illa que spōsa dicitur? Ecce  
et ipsa per uicos et arctos quosdam meatus querit dilectū.  
Non est ociosa difficultas ista querendi. Per hanc enim et  
exercetur eius humilitas et desiderium excitatur: quotiens  
inextricabilibus me sensi quasi uicis errantem et angustiis  
animi cōclusū: quom subito uicinas plateas euasi: et eduxi  
me ī latitudinē bonus dn̄s. in uicis expiraui fere: sed ī pla-  
teis respirauī statī latitudo quedā et libertas inoccupate et  
expedite mentis in plateis tibi commendator. Sed consi-  
dera ne libertatem istam def in occasionem carnis: ne coa/  
cerues lutum in platea tua. lutū illicite cogitationis. Alio

qjun

AR

quin sicut lutum platearum delebit te dominus . Lubrica/  
uerunt ait propheta in plateis uestigia uestra . lutosas uo/  
lens intelligi eas in quibus sit lubricus incessus . Non lu/  
to sed auro sternantur platee tue . Non ibi sit lutum : nec ta/  
men siccitas et ariditas quedam sit ibi : sed fluant flumina  
ibi aque uiue : spiritualis quedam fluenta meditationis . In  
plateis aquas istas diuide in latitudine libere mentis . Sapi/  
entia quasi platanus inquit exaltata sum iuxta aquas in pla/  
teis . Non in plateis solum : nec solum iuxta aquas : sed iux/  
ta aquas et in plateis exaltata sum inquit / Ut leta prodeat  
germina sapientie : quantum putas cooperatur et ocium li/  
berum et irrigatio crebra sancte meditationis . Iure qua/  
si platanus exaltatur que sic plantatur . O beatas uere pla/  
teas in quibus sapientia sic crescit : sic exaltatur et supemi/  
net perspicuam se ostendens et non indigens queri . Et uide  
quomodo seculari prudentie aliqui totam sui cordis latitu/  
dinem exponant : quantum distendant animum et dilatent  
in plateam ut plantent ibi plantationem infidelem : hoc est  
germen alienum : quomodo et continuis exercitiis et medi/  
tatione frequeti : et doctrinam illam irrigent . Ideo cernas  
in illis letam et uberem et exaltatam seculi sapientiam et  
fructificantem huius mundi sensum . Sapientiam uero que  
ex deo est humilem et obscuram : et inueniri non posse pe/  
nes illos . Exi i plateas et uicos ciuitatis : ocia discute : scru/  
tare negocia eorum qui iudiciis uacant : qui tenent cathe/  
dram : qui sedent in tribunalibus : contemplare quid agant  
in publico quid in cubiculo . Nunquid apud illos pura et  
uera et celestis eminet sapientia ? Nunquid expressa est in  
moribus que in sermone uersatur ? Nunquid in prospectu i/  
uenies illam ? Nunquid exaltatam sicut cedrum in libano  
et sicut cypressum in montem syon ? Nam in his montibus  
exaltatam se gloriatur . Nomina ipsa misterium continent  
nec ociosus est etiam ordo uerborum . Procedit libanus in  
laude sapientie syon subnectitur . Post cordis mundi cado

rem ad contemplande ueritatis fulgorem ascendens. Mundi  
dicia meretur notitiam: non hanc litteratoriam tam: sed  
quandam dulcem et intimam et ipsius anime medullis infusa.  
Denique puritas ueritatis socia est: et comes est: et prima est.  
Idecirco montes istos libanum et syon in laude sua sapientia  
copulat. Montes istos apud quos illorum assignare pos-  
teris qui litibus aut exercitis aut dirimendis uacant: Non  
potest apud illos inueniri sapientia: in quibus non inueni-  
tur locus sapientie. Amat libanum: amat syon: amat plateas:  
libertate gaudet et sublimitate. Quanta peruersitas si  
sapientia que litibus uacat: que lucra sectatur: si superemi-  
net et diurna latet: Supereminet litigiosa et ea que pudica  
est: que pacifica: que bonis consentiens: contenta delite-  
scit uelut in obscuro. Illa extollitur: ista negligitur: ac si  
sterilis et parum lucrofa. Neglecta plantatio in altum non  
crescit: Raris in plateis quasi platanum exaltata iuuenies.  
Non est obuia: non est frequens: ideo dicit. Queliui et non  
inueni illum: Vbique teritur: ubique uertitur in questione:  
ubique uenerabile est nomine iesu. Et utinam quod vox sonat  
uita depromat: exprimat imitatio: Emineat et eluceat in  
moribus. Qui penes te sapientiam querit assidentem inue-  
nit illam in ipsis foribus tuis: in ipsis sensibus: in mode-  
stia et compositione hominis exterioris: Nam quasi fores  
sunt per quas interioris prodeunt habitatoris indicia. A fru-  
ctibus cognoscitur si apud te iesu moratur. Accedit ad te  
sponsa folia uertit ficalne tue: querit in te fructum: que-  
rit dilectum. Hic est enim frucus dulcis gutturi eius. Fe-  
lix es quom hoc abundaueris fructu: quom domini tui spō-  
sam isto satiaeauris cibo. Esca eius esca electa: Delicie eius  
sunt tecum esse dilectum suum. Non inuidet non zelatur  
Dilectum suum omnium uult esse dilectum. Ideo apud deos  
querit: ut illum apud omnes aut iuueniat: aut inuiter. Que-  
rit enim apud illos Iesum: quoniam querit profectum in ipso.  
Querit per uicos et plateas: sed non in omnibus inten-

re potest. Quesui inquit et non inueni illū. Paulus omni  
um fitiebat salutem : in uisceribus omnium christum inue/  
nire cupiebat : omnes cupiens in uisceribus christi. Sed enī  
audi quid dicit : quomodo quosdā deplorat. Nēminem in  
quit unanimē habeo. Omnes que sua sūt querunt nō que  
lesu christi. Putas q̄ apud eos inueniri christus queat : qui  
ipsū ut inueniāt nō querunt ? Et multos quidē sic querētes  
reppies aliud preter ipsū sed nō p̄ ipsū. Tractatur i cōsiliis  
disceptatur in iudiciis : in scholis disputatur : cantatur in  
ecclesiis . Religiosa sunt hec negocia : sed uadē ad exi/  
tus aquarum : et pensa quis generalior istorum finis est ope/  
rum . Vide si non per hec omnia quedam exerceantur mer/  
cimonia de ipso . Questuosa res nomen est christi . Nil pen/  
suis : nil optatiū : felix tamen qui nominis huius uite uenit  
seccatur : apud illos tractetur : disceptetur : disputetur sup/  
hoc nomine . Nobis satis est sed nostris in claustris saltem  
admetitur : nusq̄ cōmoditas maior : ideoq; maior confusio .  
Nusq; : si penes nos non inuenitur christus : non inuenitur  
formā iustitiae : si piorum operum non est intētio pura . Nā  
ipsa lētitia est mentis quedam diuina alacritas que de ipsi/  
uis presentia concipi solet . Et q̄ uere possumus presentiam  
ipsius interpretari hec inquam celestis et excēdēs affectio :  
non est res facilis et passim obuia . Hanc precipue spōsa ut  
puto designat dicens : quesui et non inueni illum quem di/  
ligit anima mēa Cristum Iesum : qui uiuit et regnat in secu/  
la seculorum Amen .

### SERMO SEXTVS

**S**Ponsa moram in querendo patitur : et quandam illi  
difficultatis umbram sponsus obtendit / copiam sui  
non statim indulgens . Illa tamen calente studio se  
dulitatem continuat : querelam ingeminat . Non inueni il/  
lum fratres : si sedulitas submouetur , desidia quando amittit  
retur ? Si non inuenit amor : quando inueniet temor ? quan/  
do raritas orandi ? quando remissio ? Quid ego nūc contra

raritatem orādi et remissionem inter uos dispuō. Non est  
opus medelam adhibere: quo non laboratis. Peregrina sūt  
a uobis hec uitia. Quis enī uestrum qui non sit et frequens  
et feruens in oratione? Et si torpor abest: uidete ne uos dila-  
tionis tedia defatigent: et infringāt desideria uestra. Vtro  
biq; reatus est: si sit anima uestra uel i postulatione remissa  
uel in expectatione deficiens. Sponse desideria audis dila-  
ta: et tu ad primū orationis tue pulsum iſpirationis diuine  
delicias tibi nō affluere querulus caſarisi. Hunc cepisti et  
tam cito a directione sua tuus infingitur spiritus? Quid si  
tibi illud de euangelio improprietur. Sic non potuisti una  
hora uigilare mecum? Vigilate ergo et orate quia nescitis  
qua hora dilectus uester adueniat. Pertinax oratio pertin-  
git ad finem: Et si tibi in initiis ſicca et uelut ſaxe uideat  
oleum tamē gratiaꝝ elicies de hoc ſaxo durifffimo tantum  
ſi perſeueres: ſi te longior mora non diſſoluat: ſi non dila-  
tione tua uota lenteſcant. Moleſta rament amanti dilatio:  
ſed ſolent protracta desideria amplius crescere. Quid uo-  
bis nota ingero? Vexatio crebra ipsa uobis huius rei dabir  
intellectū: imo iam dedit: idq; frequēter. Crebro uos exer-  
citatos inueni in huiusmodi ſtudiis. Non poſſum glo-  
riari hos genuiſſe affectus in uobis: gaudeo tamē inueniſſe  
uos in iſtis. Et ſi non hec in uobis ſtudia formaui: utinā in  
illis fouere uos poſſim. Et ipſe cuſtos ſum: ideo illā mihi  
ſponse uocem ſepe replicatiſ. Num quē diligit aīa mea ui-  
diſtiſ? O beata aīa quam tam sancta desideria exercēt: De-  
ſideria dilecti: dilecte que nescit niſi de christo'rogare:  
que talem inuenta erūpit in uocem. Nūquid quem diligit  
aīa mea uidistiſ? Deniq; ſpōſa eſt que talibus inueniſſe o-  
cupata ſcripturis. Inueniēt me inquit cuſtodes ciuitatis  
qui ficti et fallaces ſunt: nihil tā refugiunt: q̄tum ab iis in-  
ueniri cuſtodibus: et ſi deprehenduntur: non facile cōuin-  
cuntur. Caym factus ē uagus: et profugus ſuper terram in-  
ueniri formidans. Omnis inquit qui inueniēt me occidet

me. Non uult peccatum occidi quia non uult mori. Nam  
 ubi non ueretur interfici: sed magis se soueri confidit: im/  
 pudenter se iactat indisciplinatus affectus. Sed sponsa ul/  
 tro se offert: leta sponsi occurrit sodalibus. Quid ni leta?  
 Non inuenitur quasi fugiēs ultorem: sed querens amatore.  
 Inuenerunt me custodes: non sunt inuenti sed inuenerunt.  
 Diligentia ipsoꝝ in hoc cōmendatur. Pigri custodes et ma/  
 le fideles nullam in hoc adhibent diligentiam: non circum/  
 eunt: non querunt si quē inueniant cauteriatam habentem  
 conscientiam. Signo amoris casti et studio querēdi proden/  
 tem dilectionis incendium. Non conueniunt subditos: et  
 forte molestum ducunt: si compellantur ab ipsis: nō nisi in/  
 terrogati proferunt uerbum sollatii quidam. Nec tunc qui  
 dem littera quod agit in pagina tantum proponit nil sui/  
 peradiiciens uel industrie: uel diligentie. Alia est plane  
 custodis ratio preuenire debet: non tantum reponere: exci/  
 tare magis q̄ expectare quesituros quasi de specula super fi/  
 lios prospicere: qui sit intelligens et requirens deum. Cu/  
 stos tuus suum: da mihi domine linguam eruditam. ut sciā  
 eum qui lapsus est sustentare uerbo: et ad uerbum dirigere.  
 Et quid aliud optat sponsa quom dicit. Nū quē diligit ant  
 ma mea uidistis? Quid tamen sibi uult hec interrogatio: sub/  
 ambiguo posita? An in hoc admonere te uoluit: ut non cre/  
 das omni spiritui: sed probes si ex deo sit spiritus? Deniqꝫ  
 non oīum est certum sponsi prestare indicū: qui custodis  
 officium uel susceperunt uel arripuerunt. Multi enim sunt  
 quox est oculus uniuersa terra et iuxta alterius loci puer/  
 bium in finibus terre. Non est lumen eoꝝ cū ipsis: nec pos/  
 sunt illud ultra terre porrigerē limitem: leuare ad celum:  
 Satis quidem fideles sunt et seduli. Sed hucusq; ut terrena  
 coaceruent: et terrena seruent. Oculus inquit eorum in uni/  
 uersa terra. Inexplebilis auditas in uniuersa se terrena ex/  
 tendit: ppterera terrenis incrassata mens curis: et illius mē  
 se seruies qui periit cibi celestis epule nescit dispēsare uia

ticum et de supernis theoriis aliquid serenum tempore sub  
iectis. Nam et si forte qui tales sunt: de spiritualibus rogen  
tur secretis: planā fidei et morū respondent sufficere uiā:  
In hoc sterilitatem solantes suam uel ex tēpore proprio au  
ditatē alienam mentientes. Languidus enim et remissus  
amor culpabili quadam patientia nō tam optat q̄ expectat  
futura bona. Qui uero feruentior est ardenti fertur deside/  
tio: repositam plenitudinē furtim et ex parte deslorare tem  
ptans. Quia tales plurimos nouit sponsa custodes: quodā  
sub ambīguo interrogatiōnem librat. Nūquid quem dili/  
git aia mea uidistis: Sit prudens: sit fidelis: sit custos se/  
dulus: et discipline diligentia hostium coercent iſruptio/  
nem ab ouili. Non tamen statim sciet amatoria canere: et  
sponsi internuntius eius mōstrare presentiam: et i recessus  
secretos rapti admissus stillare de intima aliquid dulcedi/  
ne. Valde enī est imparis gratie furtiva et fucata adulteri  
deprehendere lenocinia: et legitimos sponsi aduentus recō  
ciliare. Maloꝝ quia frequens est experientia: facilis est no/  
titia: Spiritualium uero sensuū quia rarus usus est: et exi/  
le iudicium: tenue satis est iudicium de ipsis: nec possunt  
spūalia nisi a spūalibus diiudicari. Et ideo nō possunt nisi  
a spūalibus demonstrari. Quales sūt de quibus legit. Quā  
pulchri super montes pedes annuntiantū pacem: anutian/  
tum bona. Nunquid quem diligit aia mea uidistis. Noh  
ē una nec splex nec uniformis uisio spōsi. Exultauit abraā  
ut uideret diem eius: uidit et gauisus est. Vedit Iacob do/  
minum facie ad faciem: et salua facta est anima eius. Vedit  
Moyses: sed posteriora uidit. Vedit Isaias dominū seden/  
tem super soliū excelsum. Vedit Ezechiel. Vedit Daniel ī  
hominis similitudine: quom nondum hominē suscepisset.  
Sed oīs ante incarnationē huiusmōi uisio in corporali mō/  
strata est spē: nō in corporis humani ueritate. Viderūt apo/  
stoli in ipsa carnis ueritate: et palpauerunt: et attestauer/  
runt. Veriq; tamen intus fide deum uiderunt. Dictum est

Philippo qui uidet me uidet et pātre meum. Que uisio qā  
 referatur ad fidē quod adiunctū est declarat. Non credis  
 quia ego i patre: et pater in me est: alioquin ppter opa cre  
 dite. Quē enī conséquētia ut ad pbandū q patrē uiderit i  
 ducat q se uiderit: nisi q in utroq; eā uoluit uisionē intel  
 ligi que p fidem fit. propterea ēt de credulitate cōsequen  
 ter adiungit. Non credis quia ego in patre: et pater in me  
 est: Alioquin ppter opa ipsa credite. Si enim habitat Christ  
 stus p fidē in cordibus nostris. et si ipsa corda nostra mun  
 dant per fidē: supioꝝ uero uisionum quaꝝ altera facta ē in  
 imagie/altera i carne/utraq; plena ē uel iucūditatis uel uti  
 litatis. Sed tamē tertie que est p fidē seruat̄ integritas. Nā  
 ut de uerbi apparitione que i carne erat loquar: preter uite  
 uerba que de ore eius pcedebant q̄tum putas uirtutis insi  
 gne in ipso exteriori renitebat habitu q̄ manifesta eius que  
 intus erat dabant indicia: oculus: uox: uultus. Deniq; ge  
 stus oīs q̄uo diuinam spirabat gratiā: lucūda uisio illa pla  
 ne: sed deū in homine credenti. Et quidem illa que pphe  
 tis et patribus ante christi incarnationem facta est diuinum  
 quiddā spirabat apparente imagine/ q̄tū hec se habet fides  
 inextimabilem delectationem et menti et sensui infūdebat  
 cernentis: nec nisi quoꝝ mundus erat aīus apparebat obtu  
 tibus. Nā et post resurrectionem i ipsa carnis sue ueritate  
 nō nisi testibus preordinatis a deo appuisse legit̄. Felices  
 illi custodes: si quibus tamē appet frequenter et familiari  
 ter talis uisio presertī illa que ē i carnis tā glorificate aspe  
 ctu: qualē eū Petrus et Ioānes uiderūt i mōre trāfiguratū  
 sed tamē et illa prior nō uera: et ista non plena. Nam illa  
 Moyses delectabiliter detētus nō tamē cōtentus/ ostende  
 mihi inquit te ipsū: De altera uero ipse dnūs. Expedit uo  
 bis ut ego uadā: alioquin paraclytus nō ueniet. Bona ergo  
 uisio quā paclytus aduenies iducit: spiritalis est q̄a facta in  
 tus p spūm. Deniq; et spūs ante faciē nostrā Christus dnūs.  
 Visio hec uel i reuelata spūaliter ueritate p itelligētiā uel

in suauitate iuifula p gratiā. Nā et hoc ipsū expiri uidere ē  
Gustare inq̄t et uidete quoniā suavis est dnūs. Suauiſſima  
certe hec uisio : et q̄uis futurꝝ iuxta modū nondū plena : ui/  
cina tamē uicina qualitate nō equalitate. Visio hec huma  
no nō est ſuppoſita igenio uel ppoſita ſtudio : et ſi aliquan  
do deſiderio gratis induita. Deniq̄ nō eſt talis que itelligē  
tie cōcepta uiribꝫ : continuo tenore : morā in aī memoria p  
cellare queat. Subitanea ē et ſui iuris hec uisio : in ſpū uehe  
mēti uadens et uenies. Subitanea ē et momētanea repēte ue  
niens : et repēte uadens : et ſi momētanea ē / manēt tamē reli  
quie cogitationis : tā ſuccēſe tā ſerene : et diē festū agunt in  
aī recordantis. Manet qdē memoria deguſtate et degluti/  
re uisionis : cuius ſuauitatē q̄ g��are poſſūt / eructare no/  
runi : et hora hac maxime. Eructat enī bonū uerbū cor recē  
ti adhuc incaleſcens grā : et feruida meditatio ſimiles effun  
dit ſermones. Multū enī intime dulcediniſ ſapit in uerbis  
et gratiſſimi ſunt ſermones q̄ de gratiaꝫ libertate prūpūt  
Si cuſtos es ſcito quoniā te oportet prepare i occurſū ſpon/  
ſe. Ut quid occurris ſi nibil dulce / nibil nouū nuntiatūrus  
uenis? Si noua non potes : uetera pfer : ingere nota / ſi noua  
nō habes. Nō tamē ingerit quod exigit. Nō querit quale  
uideris : ſed ſi uideris. Sufficit nūtiare ipſa ipſa nouit. Au  
gumentum tamen affert gratiaꝫ ſi noua annuntias. Deniq̄  
quod nō eſt uel ignotū uel insolitū meditationi ſpōſe noua  
quedā grā dulcescere ſolet. Nō fastidit auditus : quādo fer  
uet auſtitas : tātū de ſpōſa diſputa et noua ptulisti in auri/  
bus ſponſe. Non ſuppetit tibi de illo excellēti et excedenti  
uisionis mō ſemp respōdere. Sublimis illa et ſubtilis ē et ſu  
bito preoccupare ſolet aīum : quē mundū et exoccupatū iue  
nerit. Subito preoccupat / ſed nō occupat diu. Subtilia iſta  
nō adſunt ad uotum : dulcia deducit i mediū. Si pliſis fidei  
capula ſingula quodā dulci diſputationis tempamento ſua  
uillimos gignunt i audiēte mentis affectus et excessus. De  
licata ē ſponsa : dulcia uult magis q̄ fortia : niſi q̄ oīa pōt i

eo qui eā confortat sponso. Narrent alii fabulationes / con-  
trouersias meditent. Os tuū mediteſ sapientiā / et ligua lo-  
quat delitias : qui spōſe loqueris. Nā et illa tales uult q de-  
dilecto narrēt et nuntient. Labia sacerdotū custodire debet  
scientiā : iō legē req̄rit ex ore eoꝝ legē uidēdi et inueniēdi  
dilectū. Nunqđ quē diligit aīa mea uidistis ? De uisioē il-  
loꝝ se uisurā presumit. iō diligenter inuestigat custodū ui-  
sionē eoꝝ sperans alloꝝ uel in secretiora deduci : uel dul-  
cioribus affici. i. eū uidere quē diligit. l. dei sapiam et uir-  
tutē ppenso affectu et pura cōcipe mente. Bene illū conspi-  
cit q hoc utroꝝ cōcipit mō pure cernēs et pie fētiēs. Dulce  
puto susurrū qđ iter spōſā custodesq̄ uertit et grata colla-  
tō si tamē grata collatō Nulla. n. illoꝝ hic respōſio memo-  
rat. Secreta ualde ē si q̄ ē quā alto tegēdā putat silētio. Se-  
cretū suū sibi. Nec audemus hic aliqd idē coniſcere q̄ spō-  
ſa curauit reticere, cū eoꝝ silētio claudamus nūc sermonē  
progantes iu crastinū ſponde trāſitum / quo ſe uigiles pau-  
lum pertrāſire dicit et inueniſſe quē diligit aīa ſua. Amē.

### SER MO SEPTIMVS

Mprobi exactores eſtis ; et nimis inſtanter repetitis  
debitore uestrū : dignum tamen uenia eſt dummo-  
do iuste poſtuletiſ. Sed uos exigitis / ut ſoluam ad  
quod non mie obligaui. Tractaturus eram de transiſu ſpon-  
ſe. Ad hoc enim et ordinis et ſponsoris noſtre ratione tene-  
or : et uos adhuc mihi ingeritis illud cum ſponsa. Nunqđ  
quem diligit anima mea uidistis ? Sed illa modestius inter-  
rogationem temperat ambigenti ſimilis querēs magis q̄ ur-  
ges. Nouit .n. nec oībus nec oī tēpore de hac uisioē adeffe  
ſermonem. Ex quo enim aſcondit uultum ſuum : quis eſt q̄  
contempletur eam. uos autem urgetis me ut legem uobis  
ponā contemplandi dilectū et disciplinam inuentioñi hu-  
iū : et uisionis tradā. Quid ergo ſuultis ut muneris diui-  
ni largitatē cocluđā ſub regula ſuilio hec non eſt iduſtrie/  
ſed gratie : reuelationis ē nō inuestigationis. Si quid tamē

pōt industria coopari : illud primū obseruare quod scribit.  
Lauamini mūdi estote / secūdo ut scribatis sapientiā tempo  
re ocii . Qui enī minorat actn recipiet eā : tertio ut uiolen  
ti sitis / et gaudium regni quod uobis diutius surripit preri  
piatis . i . ut habeatis cor purgatū : paratū : iprobūm . In pri  
mo efficeris dignus : i secūdo deuotus : i tertio uehemens :  
hoc ē idoneus : obuius : urgens . Obuius gracie uenienti : ur  
gens morantē . In primo preparis : i secūdo assimilaris spon  
se expectanti dilectū quādō reuertatur a nuptiis . In tertio  
prepas / et spōsa nō expectat / sed pp̄at : ipsos preterit custo  
des . Dixisse melius si dixisse p̄rāsit . Qd . n . preterimus  
nō respicimus : nō attīgimus : fed cōtemnimus . Quod ue  
ro p̄rāsimus : itetligimus illud discutere : et q̄si disquirere  
et penetrare : nec inutilis hec p̄rāsitio . Paululū enī quom  
p̄rāsisset iuenit dilectū . Videtis frēs qd pficiat cōsultatio  
custodū : deuorā sed uagā aīam ad deuotionē dilecti p̄ducit  
Utilis qdē cōsultatio et frequēter quod nō cōfert eoꝝ qui  
cōsulunt̄ eruditio : cōsulētis meret humilitas . Bonum ē ut  
sis ad querēdū sedulus nō tamē assiduus . Nā et sponsa nō  
tā ex studio q̄ occasione custodes iterrogat / et id i trāsitu .  
Trahebat enī illā ulterius amor dilecti : nec uacuū esse sine  
bat ex odio cōferre cum illis . Currebat i cordis siti hausto  
forſitan de sponsi uicinia spū : et ideo minus itendebāt i his  
qui benedicebāt ore tendēs ad illum qui benedicit in spū .  
qui ē sup omnia benedictus in secula deus . Aduertite iſtud  
uos qui in transītu oratis / et cum mora legitis : qui ad legē  
dum feruetis : in orando teperis . debet lectio orationi serui  
re : prepare affectui : non horaf precipe : nec succidere mo  
ras . Quom legis erudiris de Christo / orans uero familiare  
cum ipso seris colloquium . et quanto suauioris est gracie  
cum illo q̄ de illo loqui ? Si quedam spiritualia detrimen  
ta sustinēt uisitationum pp̄ter orandi raritatē qui lectioni  
uehementius uacant : quid dicemus his quos indisciplinate  
collocutiones dissoluunt uel anxie questiones scindūt . De

nix monachorum est non colloquiū sed silentiū: non questio-  
 nes/ sed quietē sectari: Aut si admittēda est inquietudo: di-  
 lectionis esse debet/ non contentionis. Habet enī amor san-  
 ctus inquietudinē suam: sed qualē legis apud pphētā. Nō  
 cacebo et nō quiescam/ donec egrediatur ut splēdor iustus:  
 et saluator ut lampas accendat. An non similem animi sui  
 passionem intimat ista quom dicit. Quom ptransisse illos  
 ferebar īmpetu feruentis amoris: Ideo ptransisse se phibet/  
 quasi auditate et desiderio supergrediēs quicquid dici po-  
 terat. Quom pertransisse illos/ inueni quē diligit anima  
 mea. Pertransiuit illos uel etenilando doctrinā: uel esti/  
 mando naturā. Pertransiuit et quod potuit ab illis dici: et  
 quod potuit in illis conspici. Quilibet enim sine custodes  
 īstī: licet cherubin interpreteris: licet seraphin: non possūt  
 totū quod de christo ē non eloquendo deprōmere: nec emu-  
 lando exprimere. Cuncte res difficiles: non ualet homo ex-  
 plicare sermone. Si tanta difficultas ē in rebus conditis: re-  
 rum auctore quis iudicabit uel digne uel plene? Ideo dicit  
 quom ptransisse illos. Utinā nos tales simus auditores  
 uerbi dei q̄ non succūbamus his que dicunt̄: uel tardāte in-  
 genio: uel tepente uoto: ne nos illa ptranseant: ne nostram  
 excedant tam auditatē q̄ capacitatē. Sed magis docentis  
 et cōmonentis ptransamtis conatum: maiora et si nōdum  
 capientes coniicientes tamen: aut certe cōcupiscētes. Qua-  
 dam enī ratione ptransit quod sibi pponitur qui ampliora  
 sectat: quis non consequat̄ statim. Sponsa uero consecuta  
 ppter quod electa decantat. Quom ptransisse illos inueni  
 quem diligit anima mea. Quid n̄i pertranseat illos quorū  
 et scientie est numerus/ et nature modus. Ille uero qui que-  
 rit magnus et īmensus et non estimabit̄ alius ad illū. Non  
 ergo pōt alieno documēto aut exēplō ex equo ppēdi. Reli-  
 qui oēs ptransibiles sūt solus ipse ptransiri nō potest. Deniq̄  
 dicit trāsite ad me oēs q̄ concupisces me/ et a generationi  
 bus meis adīplemini. Trāsite iqt ad me/ non ptransite. Quo-

nam enī modo ptransiri potest quod īmensum ē? Mensura  
bona et coagitata et conferta et supereffluēs dabitur inquit  
in sinum uestrum. Vobis īmensitas dispensat ī mensura.  
Nā in se īmensa est. Non ait replens sed superfluens. Si er  
go mensura capi nō pōt: ī mēsitas ipsa quādo capiet? Quo  
pacto ptransiri poterit quod nec capi plene pōt? Deniq; nec  
spōsa pertrāsire uult: sed dicit. Tenui nec dimittā illum.  
Paululū quom ptransisse inueni quem diligit aīa mea.  
Forte ppinqui erant sponso uigiles hi quos quom ptransis  
set inuenit dilectum. Quod si iuxta diuinā accipimus di  
ci naturam: quis creator spirituū ad īmensitatē et maiesta  
tem illam pxime accedit? Nam et si similitudo inesse itel  
ligitur longe tamē inferior et dissimilis dignoscit. Nō est  
enī domine quis similis tui. Proximitatē forte ergo hanc  
quam excludit cōditio: cognitio admittit. Sed quis aude  
at abyssū illam diuine sapientie cuius nō est numerus inge  
nio creati spiritus pceptibilē diffinire? Lucē inquit aposto  
lus: habitat inaccessibilē. Lux ista nobis inaccessibils ē: sed  
nos nō sumus inaccessibiles illi. Propter quod dicit. Pro  
pe feci iustitiā meā. et salus mea nō elongabit. Prope facta  
est quia incarnata: pximior quia reuelata: magis autē pxi  
me facta: quia donata/ ppe facta ē iustitia dei patris Chri  
stus Iesus carnis nostre susceptione: sed gemino hoīum ge  
nus omē excessit priuilegio: q̄tū spectat ad humane nature  
statū equitate et integratate: quia preter illū nemo mūdus  
a sorde: nemo īmunis a corruptione. Dotatus ē ergo dupli  
ci hoc munere: precessitq; pincipes suos. Itaque et reliquos  
oēs fides tua ptranseat/ ut ī illo solo ppendas equitatē iusti  
tie: et integratē consimilis nature. Sed tamē paululū per  
transi. quoniā sicut nos longe excedit iustitia/ et ī corrup  
tione sic ppe factus ē nature indifferētis cōditione. Nescie  
runt iudei ī illius existimatione ptransire Moysēm: ptransire  
Abraā: ptransire reliquos uel patriarchas uel prophetas/ qui  
illū sicut unum de reliquis estimabant/ nec aliquid habere

gratiae precellentis. Denique dicebat Abraam et prophete  
mortui sunt: et tu dicas qui manducat meā carnem non mo-  
rietur in eternum? Quē te ipsum facis? Noluerūt Ioannem  
pertransire: sed dicebant: quia Ioannes ipse ē Christus. Nō  
passus est tamen eos in se remanere Ioannes sed opinionem  
infideliter presumptā a se auertit. Non sū ego inquit Chri-  
stus: medius autē uestrum stat quem uos nescitis. Nescit si  
nagogia pertransire: sed ad ceteroꝝ mensuram estimauit il-  
lum: et quasi blasphemā opponebat ei quia quom homo esset  
se faceret deum. Sed necesse pertransiuit fides et inuenit il-  
lum unctum oleo leticie precōsortibus suis. Et quoniā ubi  
ri unctus erat oleo: de cuius plenitudine oīum nostrum in-  
fudit uulneribus. Nos enī sumus sauciū ille qui descēdit  
in hiericho: qui incidit in latrones: q̄ expoliatus est/ et uul-  
neratus ē/ et semiuiuuus relictus. Pertransierunt plurimi et  
nullus erat q̄ saluaret. p̄trāsiit magnus ille priarcha abraā  
non enī erat ille iustificans sed tātū iustificatus in fide futu-  
ri. p̄trāsiit Moyses: nō enī erat gratie dator: sed legis lator  
et eius legis que nō dicit ad perfectum. Nec enī ex lege iu-  
stitia. pertransiit Aaron: pertransit sacerdos: et eisdem ho-  
stiis/ quasi indesinenter offerebat: non poterat mundare cō-  
scientiam ab operibus mortuis ad seruendum deo uiuēti.  
pertransit patriarcha pontifex: et propheta arido tam aio q̄  
ope: imo et illi i hoc saucio/ saucii erāt. Solus ille samari-  
tanus uerus: uiso illo misericordia motus ē sicut misericor-  
dia totus ē/ et infudit oleū uulneribus se ipsū cordibus mū-  
dans p̄ fidē corda oīum. Ideo ecclesie fides oēs p̄transit p̄tin-  
gens ad illum qui solus illam pertrasire nō poterat: impo-  
nens i iumentum suum: et factus est ipse iumentum; et pau-  
lulum pertransit ut inueniat illum: quem sic credit exor-  
tem corruptionis: ut consortem predictem conditionis. Sic  
illum habet principem gratie: ut confiteatur participem  
nature. Quod et si celestes illos angelicos spiritus contui-  
tu sanctissime quam sortitus est anime: ipsum superemine

re dicamus. Non erit a fide alicum sed omnino congruum  
dignitati eius persone. Etenim si minoratus est paulomini/  
nus ab angelis: propter partem qua indutus est carnalem:  
par tamen illis est secundum substantiam spiritualem: et su/  
perior secundum prerogatiuam virtualem. Et hos ergo spō  
sa pertransi anima. Nam et illi custodes tui et curatores tui  
sunt qui dicunt in propheta. Curabimus babilonem et non  
est sanata. Hos inquam pertransi et in dilecto tuo priuile/  
gii singularis dotes contemplare. Illi administratorii spi/  
ritus / non operarii salutis. Ipse uero magni consilii ange/  
lus qui operatus in medio est salutem terre. Propter quod  
et deus exaltauit illum / et donauit illi nomen quod est su/  
per omne nomen. Iucunda contemplatio in celesti familia  
contueri essentie simplicitatem / serenitatem mentis / et mu/  
tui suavitatem amoris. Iucunda contemplatio contueri per  
petuitatem existentie / puritatem intelligētie / scientie pro/  
funditatem / tum etiam humilitatem in obediētia / tranquill/  
itatem in diligentia / facultatem in efficacia. Omnes tamē  
pertransi / et intuere quantus sit iste / qui ingreditur ad sal/  
uandas gentes. Quem ingredientem in orbem terre angelī  
ce laudes inducunt / et triumphaliter regrediētem / cum ad  
miratiōnis cantico reducūt. Quis est iste q uenit de edom  
tinctis uestibus de bosra? Iste formosus in stola utiq; carnis  
sue. Iure quidem formosus in stola sua que sine cōmixtio/  
ne concepta est / et de uirgine nata est / et ab omni non mo/  
do corruptione / sed etiam corruptionis somite imunis con/  
seruata ē / et i sepulchro dissoluta nō ē / et die tertia resuisci/  
tata / quadragesima i celū assūpta. Oi die quod sup oīa mi/  
randū et amādū / in salutis cibū credētibus pposita. Quis  
nō ad singula ista miret et amet et dicat? Quis est iste tam  
formosus in sua stola? Cucurristi p hec oīa admiratiōis ge/  
nera / imo stupidus p singula substitisti. et ecce denuo no/  
ua tibi admiratiōis materia īde exurgit. Satis i illis exerci/  
tatus fueris hic iteꝝ ad stupēdū excitaris: quasi illud tibi

dicatur prophete. Ne memineris priorum: noua ego facio:  
 Quid magis nouum q̄ q̄ in misterio dominici corporis  
 mutatur materies: et species seruatur? Pristina manet for-  
 ma: sed noua gratia: quia noua substantia. Noua quidē nō  
 in se: sed in huiusmodi specie. Nouū plane q̄ carnis domi-  
 nice substantia in aliena specie sumpta sanctificationis uir-  
 tutem anime confert: et spiritualem emundat substantiam  
 in ministerio altaris immaculata caro: Neuum quidem et su-  
 pra reliquorum usum sacramentoꝝ q̄ non modo sanctifi-  
 cationis noua gratia datur: sed substantia naturalis muta-  
 tur. Nam per sacramēti benedictionem accipit oblatus pe-  
 nis hanc ineffabilem mutationem et ex mistica consecratio-  
 ne et uerbi uiuentis copulatione hec uiuificatrix gratia in  
 carne christi redundant: Caro enim non prodest quicq; sed  
 spiritus est qui uiuificat: sacrosancte carni conferens in so-  
 lēni sacramento spiritualem efficaciam ad uiuificādos tan-  
 ti particeps misterii. Formosus ergo in stola, hoc est i car-  
 ne sua: sed multo formosior in assumpto spiritu, qui utiqꝫ  
 carne prestantior: quia uerbo uicinior. Et in hoc spiritu un-  
 etum eum intelligit preconsortibus suis, i. non modo pre  
 filiis hominum: sed etiā pre angelorum agminibus. Quid  
 ni unctus sit pre illis oleo gratie: qui non sicut alii partici-  
 patione: sed personali, unione uberrime illi consertus est  
 oliue: exqua unctio omnis emanat. An non tibi uelut  
 oltua uidetur ueritas et uerbum dei: cuius unctio docet  
 nos de omnibus cuius moliti sunt sermones super oleum  
 cuius unguentum effusum nomen est: huic olive persona-  
 li unione consertus: conditionis non corruptionis, nostre  
 oleaster: ut sic dicā: et pinguedinis illius fatus particeps.  
 Quid luminis: quid dulcedinis: quid suavitatis: qd omni  
 mode uirtutis acceperit: operum eius indicia loquuntur: si  
 si q̄ longe excellebat qui sensit i spiritu q̄ quod expressit  
 in actu. Deniqꝫ ad omnia uirtutis indicia dicere potest ole-  
 um effusum nomen tuum: absq; eo quod intrinsecus later,  
 insulino

Nec enim consentaneum est: ut quilibet mirificum foris  
anime opus: illius uirtutis exequet. Non possumus domi  
ne que in prospectu sunt omnia opera tua comprehendere.  
Confortata enim sunt et nequeo estimare illa: et eam que i  
trinsecus latet. Quo nam modo experiar gratiam? Oculus  
non uidit beatissima anima christi preter te munera que di  
uinitus collata sunt in te. Ideo angelici spiritus deficietes  
in comprehensione non desinunt ab admiratione et quasi ne  
scientes sed stupentes in laudem supra positam erumpunt.  
Quis enim iste sic formosus in stola sua gradiens in multi  
tudine fortitudinis sue hanc considerans prerogatiuam uir  
tutum in dilecto: iure sponsa custodes se pertransisse dicit  
et paululum pertransisse: quia sic in eo singularem mira  
tur gratiam: ut tamen communem constituat naturam beatam  
illam christi animam esse: cum reliquis eiusdem quidem ge  
neris: sed differentis excellentiis uirtutis: Parabam adhuc  
alium uobis explicare transiit: sed quod materia oportu  
ne suggerit. uel magis exigit sermo refugit iam urgens ad  
exitum. Nos interi ad quod uenimus i eo permaneamus:  
quatenus ex hoc gradu quom dabitur ad altiora trahemus  
misteria sponse ecclesie iesu christi qui uiuit et regnat i se  
cula seculorum. Amen.

### SERMO OCTAVVS

**D**ertransisti o sponsa domini custodes tuos: consor  
tes et participes suos: consortes nature pticipes gra  
tie. Pertransisti illos et peruenisti ad dilectum. Quid  
ni illos pertransitas: qui et ipsi pertransirent quasi sumus/  
nisi in dilecto suo starent? Inuenisti dilectum: et inuenisti  
illum unctum oleo spiritus pre consortibus suis. Perpendi  
sti in illo uirtutum priuilegia quedam i consimili natura.  
Inuenisti sanctam eius animam: et quedam habere dona sin  
gulariter: quedam excellenter. Ideo pertransisti illos: quia  
illum pertulisti: et paululum pertransisse re dicis: quia co  
sideratio tua in hac prelatione nondum recessit a generis  
eiusdem

eiusdem cōmūnione. Sed nunquid hic consistas? In ulterio  
 ra et altiora ex hoc gradu urgenda est profectio pertingen/  
 dum in finem. Sapientia enim attingit a fine in finem. De/  
 niq; et hereticus ut superiorem dilecto tuo grādum confe/  
 rat hunc tollit. Tantum carnem uerbo copulat ī Christo/  
 animā negat: aut si hanc non audet pp euidēs ipsius christi  
 testimonium dicentis. Nemo tollit a me animam mēam:  
 sed ego pono eam: et iterum sūmo eam. Animam sensificā  
 tem donat: sed ratiocinantem tollit spiritum. Correxit in  
 parte errorem: sed non potuit longius ab egyptiis recedere  
 tenēbris. Non potuit tridui iter coficere. Ecclesie fides hu  
 manitatem nec solam constituit in Christo: nec diuinam.  
 Vt rāq; naturam collocat in Christo. Et quia diuina sim/  
 plēx est: et distinctione carens in hoīe triplicem illā quam  
 ponit apostolus distinctionem fatetur idest integrum cor/  
 pus et animam et spiritum. Alioquin non hominem quem  
 formaturus in se fuerat suscepit. Deniq; et rationalis anime  
 pars humāne indiguit mediatoris remedio: quia ignorātie  
 fuscata nubilo/ et concupiscentie succensa igniculo. utrāq;  
 naturam. i. humanam et diuinam integrā fatetur in Chri  
 sto ecclesia eius: et sicut euangelica mulier in satis tribus  
 humane farine recōdit/ sed quid? Indigebat rationabili spi  
 ritu christus: uerbum ipse patris et sapiētia et ueritas: nec  
 quod latet ipsum aliquid esse poterat. Sed ipse illuminat  
 omnem hominem uenientem in hunc mundum. Qua ergo  
 consequentia creato et illuminato indigeret lumē creans et  
 illuminans? nulla plane. Ille non indiget/ sed mea est hec ī  
 digentia: Ratio hec est mee cecitatis/ non claritatis illius:  
 non assūmentis uerbi: sed assumpti spiritus. Ego indigebā  
 ut et hec nature mee ps uerbo miretur: et sic clarificate in  
 deo portionis merita in uniuersos per fidē refluerent. Oēs  
 nos mediante et substanciali nostro reformamur in Christo  
 accedentes per fidem ad ipsum. Et ideo totum oporebat as  
 sumi ut gratia refunderetur in totum quia corruptō fermē

tauerat totum. Manent ergo in una persona nature gemine  
sicut integre; sic et impermixte. Diuina enim inconuertibili  
lis et incomutabilis est: nec potest conuerti in aliam: nec i  
se sinit aliam conuerti. Non ualeat in aliam ex se deficere.  
Defectus siquidē illi foret omnis mutatio: nec magis in il  
lam alia proficere potest. Non cōmutare/sed cōmunicare  
illam possumus utendo certe non existēdo. Manet itaq; na  
turis istis sua cuiq; tam integritas q̄ proprietas. Conseque  
ter ēt competentes his comprehensiones et affectus: et con  
templationes: et beatitudines impermixte sunt/et distīcte  
et differentes/ et numerabiles sine numero persone. Nam  
quis assereret beatissimam Christi animam aut nihil senti  
re penitus dulcedinis et gaudii: aut iteq; gustum intimum  
illi permettere suavitatis et savoris: et beatitudinis illius:  
qua beatissima perficitur trinitas? Maioris siquidē est ex  
cellentie esse illud uitale bonum q̄ participare: longeq; est  
experientia: et domestica magis in essentia q̄ in usu ipsius.  
Essē utiq; ad ipsum uti est: non tamen usus essentiam con  
fert. Quomodo ergo essentia perficitione sola non potior  
q̄ p̄ximior? Deinde licet anima hec in uerbo omnia uidet:  
et ipsum uerbum in uerbo uidet: tamen quia admissa nō est  
in societatem essentie nec admitti potest in equalitatem no  
titie. Nam hoc ipsum essentialiter deum esse et sapientiam  
esse/ et sumam bonitatem esse/ et uirtutem sumam et solam  
et sempiternā/ quid habeat delectationis et gaudii: cui da  
bimus nosce: nisi cui datum est et esse? Verbū ergo patris  
tāto magis intime et sincere et simpliciter se ipsum nouit:  
et uniuersa per se ipsum: quanto meliore utitur priuilegio  
essentialis unitas q̄ unio psonalis. Hec ad hoc replicamns  
ad disceruendas, scilicet unius iesu Christi uirtutes: pro gemi  
na in Christo natura idest uerbi essentialiter ex patre nati:  
et spiritus ex patre creati/ maxime propter illos qui de uni  
tate persone equalitatem uel magis unitatem inducunt: et  
uirtutis et scientie. Qui tamen quom omnia dicant animā

habere per gratiam que habet uerbum per naturam: ipsi uidetur quasdam distantias et gradus ut sic dicam inducere per distinctionem nominum istorum idest naturam et gratiam. Quantum illi denegant, cui hoc ipsum non dant per naturam habere uel nosse. Nam et si anima iesu uerbo unita excellenter et per gratiam illuminata sit: nunquid et illud habere diceretur ex gratia, ut naturaliter et essentialiter, et simpliciter lumen sit et illuminans sit? Aut quo modo erit nature quam gratie notitia prestatior, sed non expressior? At illud adducunt quod legitur et uerissime legitur: quia omnis sapientia a domino deo est: et cum illo fuit semper et est ante euum. Si omissis sapientia a deo, et cum illo est, et ante euum, ergo quoniam multe sapientie sunt cum illa que a deo est, et illi coeterna est: quia cum illo ante euum est. Non multe nec uarie, et diuerse sapientie, sed una sola et immutabilis est. Questio hec non iam circa unam domini iesu restringitur animam, sed se dilatat ad omnes que alicuius sunt participes sapientie: ut similiter queri possit an unam habeant cum uerbo dei sapientiam. Imo an omnes aliam non habeant, quam ipsum dei uerbum sapientiam: Quod si ita est: una iam et indivisa erit omnium sapientia. Et qua ratione dicitur omnis si non nisi una est? Quid si ideo numerose dicitur: non quia in se numerabilis dicitur sit: sed propter numerositatem habentium. Nam et una dicitur fides propter unam rem creditam, quom tamen cuique sit sua. Quare ergo una res non dicitur numerose: quom multe singulariter dicantur: Denique et multe scientie et multe uoluntates eiusdem persone dicuntur et eodem tempore propter multitudinem rerum quas ut scit, uel uult esse similis. Ad res ergo scientias respicientes non ad ipsius mentis uim, qua quisque scit omnem quod scit: et unius multas: et multorum dicimus unam scientiam. Quom itaque dicitur omnis sapientia a domino deo est: nihil officit ad astruendam unitam scientie: quia hoc non ad ipsam sed ad illa que sciuntur per ipsam refertur.

d ii

quod dicitur omnis. Nec enim quia multa sunt que illuminantur ut uideri possint/ ideo multiplex lumen est: quod et uisa illuminat: et uidetibus lucet. Quid ergo? Dicemus unam et eandem esse scientiam anime iesu cum uerbo/ immo omnium rationalium spirituum: et inter se et cum dei uerbo unam esse sapientiam/ quia dei uerbum? iam ergo de sola anima iesu non erit hec disceptatio. Et nullus iam erit nobis exitus ad tuendam superius positam diuersitatem scientie iter uerbum et animam iesu: et quomodo patebit exitus quom hoc modo oium una conuincatur sapientia: qui omnium lumen quod illuminat omnes? An forte quia diuerso modo illuminatio sit/ etiam diuerse iter se illuminationes sunt et ab eo per quod fiunt lumine differunt? Ita etiam in animis rationalibus et diuinitus illuminatis/ et lumen quo illuminantur/ et ipsa illuminatio que per lumen fit ab inuenientem discernentur. Nam illuminatio quidem sit in illuminato: et ex tempore fit: lumen autem ipsum non fit: sed est: et ex eterno est. Hoc modo in una mente quis neget multas scientias esse in qua intelligit multas comprehensiones esse: quis una sit mentis uis: que comprehendit et uidet: et unum lumen illuminans; ut comprehendere et uidere queat? Hec ergo distinguenda sunt diligenter/ et lumen et illuminatio que per lumen fit in animo intelligentis. Nam hoc ipsum intelligere et illuminari et scire est. Quis itaque non uideat quis nisi subtilissime non discernatur propter nonnullam dissimilitudinem? Quis inquam non uideat differre inter se lumen per quod illuminatio fit: et illuminationem que per lumen fit in quouis illuminato. Alterum enim creatum est: alterum creans: alterum illuminatum/ alterum illuminans. Nec potest essentialiter esse eadem sapientia/ que fit per gratiam cum illa que per naturam existit: illa que fit in tempore/ cum illa que nata est ab eternitate. Si hoc distinxisti in dilecto nostro sposa: et ab his que iuxta statum humane substantie: in illo sunt uirtutes: ad uerbi ptransisti delitias:

tunc iure et excellenter dicere potes : Paululum quom per transissem illos : inueni quem diligit anima mea . Sed quo modo aptabimus illud quod ponitur scilicet paululum ? In extimabiliter prerogat oī creature diuina maiestas : et qua si uicina et familiaris sit : dicens : quom pertransissem illos paululum : inueni quem diligit anima mea ? Deniqz chaos magnum firmatum est inter nostrā et ipsius naturam . Quale queris chaos ? Utiqz inanitatis nostre omnes gentes ait p̄pheta : quasi non sint : sic sunt corā eo : et quasi nihil et inane reputata sunt ei . Iure inanis reputatur nostra substātia : in cuius assumptione exinanisse se dicitur illa plenitudo . Que ergo poterit assignari conueniētia et uicinitas inanis cum solido nibili cum imenso ? Qua ergo ratiōe dicit paululum quom pertransissem illos : inueni quem diligit anima mea . An forte pennigera est charitas : et perpeti uolatu ardenti desiderii interiacens hoc de quo loquimur preter uolat uacuum ? Utiqz sic assentior . Nam amare iam tene/re est / et iā assimilari et uniri est . Quid ni quom deus charitas sit ? Sed aliam hic ego paro rationem . Post rationalis contemplationem nature sursum ascēdenti / primo se statim gradū diuina offert et occurrit natura : nulliusqz alterius prestantioris nature interponitur distinctō . Ratio enim inter imaginem et ueritatem medium assignari : quid potest superius uno / inferius altero ? Quod enim ueritas non est i quomodo p̄ximius accedit ad eam : q̄ ut ipsius simulacrū et character sit ? In quo ergo attēditur in rationali spiritu ea que ad diuinam est naturam imago : Primo quidem loco / quia est ueritatis et iustitie capax . Secundo si capiat illas : et fiet uerus et iustus per gratiam / quod deus est per natu: ram . Tria hic mihi distincta sunt / idest capacem esse boni sumi ipsū habere / et esse ipsū . Imago attenditur ī primo / si militudo in secundo / ueritas in tertio . Primum commune est omnium intellegualium spirituū . Secundum electorum tantum . Tertium solius increati spiritus . In primo prope

accedimus. In secundo proxime. Tertium ipse est. Prope accedimus per aptitudinem : proxime per coaptationem. Prope per nature primeua : proxime per uirtutis priuilegia. Prope quia capaces : proxime quia capientes. Quoniam enim modo non de uicino accedit immortalitas ad immutabilitatem : incomparalitas ad simplicitatem : illocalitas ad immensitatem : ratio ad ueritatem : uirtus ad bonitatem ; et ut expressi loquar : quid esse uicinus et similius potest quam sapientia sapientie : iustitia iusticie : quam illuminata illuminanti et iustificanti iustificata ? Quid similius alii quam causatiuum cause : formatum forme ? Nam in formato fere nihil aliud attenditur quam forma. Denique et quod dulce est super omnia simile uidetur dulcedini : et quod lucidum est luci. Itaque proximum non iniuste uidet quod illi tanta emulatio corporis : proprieatatis quae nihil ireponit : Nam et si finitum nostrum incipit rabiliter excedit diem immensitatis infinitas imaginis : tam ad ueritatem nonnulla dignoscitur esse affinitas. Iure ergo dicit Paululum quom pertransisset illos / inueni quem diligit anima mea. O quam felix quam letus proiectus tam longi circuitus. Beati gradus illi per quos in talem euaditur terminum : Quesuit in lectulo : circuiuit ciuitatem : interrogauit custodes. Primo loco querit per se et penes se. Tercio uero nec per se nec penes te. Et hoc loco quanto humilis queris : tanto quidem efficacius : quantoque a sui confidencia longius recessit / tanto repperit citius. Inueni inquit inueni illum : qui me prior quasi oue errantem : et quasi dragmam perditam preuenit nihil meritam inuenit errantem : preuenit desperantem : inuenit differentem : preuenit diffidentem : inuenit qualis esse mihi indicans : preuenit ad sua me reuocans / uagam inuenit in erroribus / uacuam gratie. Preuenit muneribus / inuenit ut non ego ipsum / sed ipse me eligeret. preuenit ut prior diligenter. Sic ergo electa et dilecta quesita et acquisita : inuenta et preuenta. Quomodo non secundum uires conatu illum et diligam et queram ;

Queram querā donec uoti compos uocē letitie proferam.  
 Inueni quem diligit anima mea. Ego inuentionem hic ad  
 ueritatis et gratie non refero initium / sed argumentum .  
 Pergens enim et proficiens anima de uirtute in uirtutem :  
 de ueritate in ueritatem dum ubique nouis informatum mi  
 steriis et infunditur gaudiis per singulos profectuum gra  
 dus dicere potest. Inueni quem diligit anima mea . Ver  
 bum patris Christum Iesum qui est super om̄ia benedictus  
 in secula seculorum . Amen.

### SERMO NONVS

**T**enui illum nec dimittam . Ego huius capituli sen  
 sum ad futuram uolui tantum felicitatem referre :  
 quando sponsus dilecte manifestā presentie sue exhi  
 bebit plenitudinem : ut nihil sit quod interrumpat perpetu  
 itatem . Nam et quod premittitur . Quom pertransirem il  
 los non icōgrue ad id refertur : quom euacuauerit omnem  
 principatum et potestatem : ut sit deus omnia in omnibus .  
 Ante illud enim tempus quis ex sentētia dicere potest : non  
 dimittam illum ? Sed hunc arcat et euerit intellectum : et  
 ad presens facit referri illud quod sequitur . Donec intro  
 ducam illum in domum matris mee . Sed iam uigilāter sin  
 gula consideremus . Primo considera q̄ sint letitie plena  
 hec uerba . Inueni inquit : tenui : nec dimittam . Magnus il  
 le patriarcha Abraam legitur uidisse dominū non inuenis/  
 se . Aperuit enim ei ultro stanti in hostio tabernaculi ad me  
 ridiem . Denique egressus de tabernaculo obuius sedulus  
 sub ilice exhibuit officium : in tabernaculum uero introdu  
 cere non meruit / nedum in cubiculo . Vedit et Moÿses ap/  
 parentem sibi in oreb dominum . sed tenere nō meruit : qui  
 nec permisus est proprius accedere . Vedit Iacob dominum  
 sed uidit in somnis : et de longe scale innixum . Nam et si

apprehendit angelum / non tamen retinuit : sed quadam lu-  
cet violentia benedictionis extorsit gratiam : amisit presen-  
tiam : et idcirco dicere non potuit : Non dimittam illum .  
Inuenit illum Maria Magdalene : sed prohibita est non di-  
co tenere sed etiam tangere : quia penes monumentum ui-  
tam quesivit . Suscipit diu expectatum : et insperato in-  
uictum senex ille Simeon in ulnas suas / et gratulationis  
letus erupit in canticum : sed uocis huius usum sibi non pre-  
sumit . Non dimittam illum . Denique sic ait . Nunc di-  
mittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pa-  
ce . Quia uiderunt oculi mei salutare tuum . Quod paraſti  
ante faciem omnium populorum . Lumen ad reuelatio-  
nem gentium et gloriam : plebis tue israel : Utique in pa-  
ce dimittitur solitus et sequestratus a carne : ut non amplius  
concupiscat aduersus spiritum : et illi repugnat . Ille ad  
noui amplexum pueri senescentis deposuit hominis uetu-  
statem : et in tranquilliorem statum a corporis corruptibili-  
ties pena / et carnis pugna dimitti se : uel postulat uel exul-  
tat . Sponsa uero dilectum a se non dimittendum presu-  
mit . Et quanto precellentis est gratie / non dimittere quod  
amas / quam euadere quod horreas ? Omnes hi et si in car-  
ne uel in carnis specie uiderint / quosdam uel uisionis uel  
apprehensionis gradus distinguit humanis in mentibus .  
Quod nulli eorum indultum legimus : ista usurpat : cuius  
tentauimus euentilare sermones . Inueni per aspirationem /  
renui memorie retractacione / non dimittā continuatione  
iugi . Tenui illum : et tu quom inueneris christum : quom  
inueneris sapientiam : quom inueneris iustitiam : quom in-  
ueneris sanctitatem / quom inueneris redemtionem . Hec

omnia enim nobis factus est Christus. Quom ista inuenies tene affectu: tene studio, Quod intelligentia inuenies diligentia tene et retine: ut sic dicam retinentes uirtutes: et lubricas species arctiori tibi astringe amplexu: do nec uice uersa ultro tibi inhæreant: et amplexentur te gratias: et sine tui labore te teneant: nec sinant uel longius abscedere: uel diutius abesse. Et si quando declinas ad officia humane necessitatis: ibi te insectentur et reuocent: et arripiant ad se: ut non possint assidue studium: semper habebant obligatum affectum. Nam nonnulla mihi uidetur distinctio: an tu tenebas christum dei uitium et sapientiam: an tenebas ab ipso: Ama inquit sapientiam et ampliorabitur te. Denique et de quibusdam dicitur: quod tenuit eos superbia. Quid est tenuit: nisi irretiuit et implicauit et inolite consuetudinis delicato obligauit vinculo? Hoc enim est quod sequitur. Operti sunt iniuritate et impietate sua ut non facile euoluere et explicare ab illa se possint. Et ut amplius dicam/ quasi cuncte quadam: sic aliqua prava operti et inuoluti sunt consuetudine uitiorum: ut illa descendere: et desuescere non tam explorari sit quam excoriari: In cuius rei iudicium forte institutio legis continet hostie pelle abstrahi. Ni e regioe quam stricta sacerdos indui iubet linea ueritatis te uult illius que de terra orta est habitu arctius astrigi: ut per se castimonie et puritatis: et innocencie tibi uirtus inhereat et agglutinetur tibi: sed et quia sacerdotis indumenta uel cathenulis uel baltheis: uel uittis stricta: et colligata sibi uult esse lex: et quom indueris dominum nostrum iesum Christum: quom te indueris uiscera misericordie benignitatem: et charitatem: et reliquas quas apud apostolum

legis uirtutes quom christi te fide memoriter uestieris : et  
cōtemplande ueritatis inuisceraueris affectum : omnia tibi  
coaptentur et cohereant : et constricta sint : nihilque contra  
te uagari et fluctuare possit : et temptationis uel dissoluti  
onis uento follicare . Qui se tali uirtutis uestierit habitu :  
ut ei in naturam uersa uideantur non ego hunc tam tene/  
re : quam teneri dixerim . Tenuisti inquit manum dexte/  
ram meam : et in uoluntate tua deduxisti me . Tenuisti me  
per gregem in defectum : deduxisti in multiplicem profe/  
ctum . In uoluntate tua deduxisti me : id est in uolūtate que  
a te est : et que secundum te est . In uoluntate que magis tra/  
hens q̄ tracta est . Nam et bonam uoluntatem cum multo  
labore nonnunquam attrahere nititur : et magis prosequi/  
mur quasi fugientem : quam sequimur ducentem . Sic enim  
legitur : Concipiui desiderare . Bona talis uolūtas : sed nō  
dum placens . Iusta : sed nondum iucunda . In uolūtate tua  
deduxisti me . Iu illa que blādo constat boni ipsius gustu :  
nec tantum / ut sic dicam / pigra nititur ratione : quam pia  
boni ipsius oblectatione . Tenui nec dimittam illum : do/  
nec introducam in domum matris mee : et in cubiculum ge/  
nitricis mee . Multo planior uidetur sensus / si ita dixisset .  
Non dimittam illum / quom introduxero in domum ma/  
tris mee : scilicet que sursum ē hierusalem celestis / q̄rie est  
mater omnium nostrum . Nam ante illud tēpus omnia hic  
incerta sunt : et inter spem et metum fluctuant : et pendulo  
nituntur gradu . Et que erit certitudo de gratia dum mīta  
bilis est natura . Denique et ille ait . Ego dixi in abundā/  
tia mea non mouebor in eternum . Auertisti faciem tuam a  
me / et factus sum conturbatus . An non tibi similia dixisse  
uidentur psalmista et sponsa ? Quid enim aliud est nō mo/  
uebor in eternum / quau quod hic ponitur . Non dimittam  
illum : Sed ibi quidem manifesta presumptio : quia uicina  
ultio . Auertisti inq̄t faciē tuā a me et factus sū cōturbatus .

Quom sit in hac carne facilis casus et frequens impulsus: et  
citus lapsus et certus labor quomodo non uidebuntur pre-  
sumptionis et nimis promptule deuotionis esse hec sponse  
uerba: Non dimittam illnm. Quis enim hic in eodem sta-  
tu permanere potet: presertim illo subtilissimo contem-  
plationis: qui uix attingi potest tenuissimo mentis ictu: &  
Forte ergo uerba hec non securitatem: sed sollicitudinem  
sonat. Nec enim securitas esse potest donec introduxit di-  
lectum in domum matris sue et in cubiculū genitricis sue.  
Non erit tunc retinēdi sollicitudo: quia erit certitudo ma-  
nendi in illo felicitatis statu absque studii nostri usu: et di-  
scipline custodia ultro nobis affluēt: immo intrinsecus de  
quodam inexhausto anime uentre flumina fluent aque uiue  
et indefesse delectationis. Nulla tunc erit necessitas in al-  
tum fodere nullus labor uel purgare puteos quos phylstei  
repleuerunt: uel propugnare ne repleat. Hic ille labor exi-  
gitur: nam inde excluditur. Quod ergo dicit non dimittā  
illum: studium polliceri uidetur et diligentiam: ut semper  
sollicita sit quoad usq; plene possit esse secura: ne sibi elas-  
batur de reliquo dilectus suis dominus Iesus qui uiuit et  
regnat in secula seculorum. Amen.

### SERMO DECIMVS

**Q**ue infirmitatis exempla sunt aptauimus spōse pre-  
terito sermone: hodierno que sunt virtutis aptemus  
de scripturis sacris. De Anna legitur quom inten-  
te profuso exoraret affectu: quod non sunt uultus eius am-  
plius in diuersa mutati. Vultus animi interpres est: et  
ab intimo affectu habitum trahit. Ideo ab eius constan-  
tia interioris que in anima est: perseverantie dicitur ar-  
gumentum. Non sunt uultus eius in diuersa mutati: quia  
nihil imminutum est desiderii semel concepti. Et quid ali-  
ud sonat quod dicit. Non dimittam illum: nisi non muta-  
o in diuersa uultus: et intuitum mentis alio diuertam.

ab ipso : Sed et apostolus simile quid hortatur . Sine intermissione orate : et item . Gratias agens semper / illud quoque . Gaudete in domino semper . Continua et nō interrup ta hec uult esse apostolus : orationem gratiarum actionem : et gaudium in domino . Sed quis ista ipso mentis habitu et affectu animi in defesso explere sufficiat / nisi cui dicere premissum est . Quis nos separabit a contemplatione christi ? Apostolus dicit . Quis nos separabit a charitate christi ? A contemplatione enim dicere non poterat . Nam aliquando a contemplatione segregari christi illum compellebat charitas . Siue inquit mente excedimus deo : siue sobrii sumus uobis : charitas enim christi urget nos . Charitas ergo quadam dispensatione contemplationi se subducit : cuius tamē prius est et familiaris in ipsa usus . Omnia que agit charitas quandam habet indefesse orationis et gratulationis uicem et efficaciam . Sed tunc ista profusius et excellentius exercitur , quom singulariter in ipsis exercetur . Absconde elemosinā in sinu pauperis : et ipsa orabit pro te a domini . Eleemosine uocabulo non incongrue censeretur uniuersa que in diligentibus misericorditer impenduntur / non modo iste corporeus cibus . et indumentum : sed etiam doctrina : exhortatio : correctio : consolatio : et uniuersa que ad anime comoda spectare uidentur . Opera sunt hec charitatis et orationis uim optinent / quom solius dei fiunt intuitū . Sed non sunt spiritualia et propria ipsius . Quid enim tam proprium q̄ dilecto soli intendere / et libere in amoris se exercere ne gocio ? Ab hoc spiritualis iucunditatis excessu / et ebrietate sobrium fieri / et propter fraternalis necessitates ab alienatiōe mentis temperare / qd nisi uultū ī diuersa mutare ē . Deniq̄ et Martha sollicita erat : et turbata circa pluria . Illa circa multa turbatio uideſ quedā uultus ī diuersa mutatō . Maria optimā pte elegit . que nō auferet ab ea . Optia ps contē platiōis et dilectiōis ē usus . Nā et si illa sunt opera charitatis que exhibebat Martha : ibi tamē seruit charitas necessitati .

non charitas sibi. In subleuandis alienis necessitatibus bonum opus sed molesta causa. Bona enim misericordia / sed molesta miseria. Bona curatio : sed circa quem uersatur non bonus langor. Bonus etiam huius compassionis affectus : sed non bona compassionis occasionem ministrans alterius passio. Fraternis in necessitatibus charitas intuetur cui condoleat : quo moueatur ad miserationem : quid amouere nitate. At cum dilecti contemplatur uirtutes : totum placet torum delectat : torum allicit : nihil ibi uidet quod horreat , sed cui dulciter hic adhereat. Totum hic proprius amoris usus est hoc eius officium : ut totus sit in amando . Sic est plane quom una et individua iucunditas omnia conuoluit : et complectitur officium / finem et causam . Officium amor est : causa uisio : finis utrumque . Neque ullus esse potest beatior finis / quam ipsa uisio et dilectio dei . Omnia ad hunc finem sanctos uota suspirant . Finis iste ipse sibi finis est / se ipso contentus : in melius aliquid expectatione porrigitur non ualens . Hoc est illud unum quod necessarium dicitur : quod a Maria non tollitur . In quo psalmista gratulatur . Mihi inquit adhere re deo bonum est . hic est ille mentis excessus : qui usque ad tertium celum Paulum rapuerat hec ebrietas temulento similem Anne uultum expresserat . hoc musto madebant apostoli : quom illos uehemus repletat spiritus : et illius quod nouum pollicitus est iesus uini uirtutem primo sensere . hoc uino consumus Noe spiritualis passus est saporis excessum : et carnis curam posthabuit : totus factus in spiritu / posteriora contemnens : que anteriora tenebat ex integro . Felix si instar Annae huius uini nunquam degustasset uirtutem . Illa enim foris castigato corpore mentis est temulentiam : et sanctam qua postea non euacuaret ebrietatem . Nam hoc sibi uult quod non ulterius uult eius sint in diuersa mutati . Talem sibi apprehese iugitate presertim sposa polliceri uidetur quom dicit Non dimittam illum . Quid enim preclara : quod spiritale quod sposa dignum diceret : si ad fidem / si ad iustitiam / si ad humilitatem / ad

continentiam ad beneficentiam : ad reliquas que Christus  
esse dicitur uirtutes / id referret quod ait . Non dimittam  
illum : Nam nec his uacua credenda est et quom dilectum  
quesiuit . Denique et communes huiusmodi uirtutes / et ita  
habentibus commode / ut caruisse nefas credatur . Eximiū  
ergo et singulare quipiam hec indicat iuentio / per quam  
dilectum et comprehensum applaudit / et non dimittēdum  
presumit . Forte primitie aliq[ue] sunt future et contempla-  
tionis glorie : propter quod adiungit . Donec introducam  
illum in domum matris mee / et i cubiculū genitricis mee .  
In illam celestem hierusalem : que mater est omnium nostrorum  
cuius salus muros occupat : et portas laudatio : cuius in pa-  
ce positi sunt fines in illum locum lucis et letitie . Laborio  
se uite huius introduci non possunt uirtutes : que si ingre-  
diuntur per meritum : tamen excluduntur per usum . Cele-  
stem ergo aliquam affectionem et super mundanum sapo-  
rem in dilecto experta : non iactando : sed gratulādo dicit .  
Non dimittam illum / donec introducam i domum matris  
mee . Sed nunquid iam non ascendit ad patrem ? Nunquid  
non precursor introiuit pro nobis ? Et quomodo tu introdu-  
ces quo ipse prior ascendit ? Tu magis idiges ut ipse te du-  
cat : cui dicitur . Deduc me in uiam mandatorum tuorum .  
Vado inquit parare uobis locum : et quom parauero iterū  
uenio / et assūmam uos ad me ipsum . Quomodo ergo intro-  
duces illum quo iam ipse ascendit ? Ascendit quidem p se :  
sed adhuc in te foris existit . In te introducetur : quo per se  
prior ascendit . Quid ni ? In te nascitur . In te formatur : et  
in te introducitur . Filioli quos iterum parturio donec for-  
metur Christus in uobis . In uobis ergo Christus et parturi-  
tur et perficitur : nec semel sed sepius : et iterata crebra par-  
turitione . Neq[ue] possumus omnes christi simul uitutes ad  
aptare nobis : equidem ne unāquālibet ad plenum . Itcirco  
semper insistendū est : quia nō nisi sensim fit i nobis spiritu  
alis parturio christi . Qui ergo in membris suis i sponsa

sua nascitur: cur nō introducitur? Non enī uel parturitio  
hec uel introductio ad Christi potest referri personam/sed  
ad uirtutes et gratiam. Ideo frequēs est sicut parturitio sic  
introductio. Nam et confedere dicimur in celestib⁹ cum  
Christo. Sed sicut una est uera et eterna sessio i eelis, sic et  
introductio. Perambulauit Abraam terrā promissionis an  
te q̄ possideret. Felix omnino cui datur maris illas peram  
bulare regiones: et uisentis instar uolueri cālcare uestigio  
locum omnem/ quem accepturus est in possessionem. Cui  
licet stare non permittitur: ascendere tamen datur in mon/  
tem domini. Et q̄uis n̄ umbram adhuc cursim: item per/  
lustrare cuncta: et se tali uisu refouere. Que autem uera est  
et plena introductio hic innui uidetur/ quom dicitur: do/  
nec introducam illum in domum matris mee. Felix omni/  
no que adeo alligare potuit uerbum dei: et amplius deglu  
tinare sibi/ et in exilio collocare: quousq; copulari in cubi  
culo detur. Non dimittam illum/ donec introducam in do  
mum matris mee/ et in cubiculum genitricis mee. Quod  
tunc fiet quando corpore et mente plene portabit imaginē  
celestis: ut domus intelligentiam ad corpus: cubiculi uero  
ad mentem reducas. Aut si magis placet: in domo possessi  
onem accipe securam. In cubiculo secretam: in domo sem/  
pernam: in cubiculo internam. In domo ut dicit ecclesia  
stes/ eternitatis: et in cubiculo charitatis. In cubiculo uero  
clauso hostio non iam oras patrem: sed de cetero adores in  
spiritu et ueritate. In domum non dicit patris/ sed matris:  
et in cubiculum genitricis. Nouit illa mensuram suam/ et  
ideo spem suam extendit ad illam eternitatem/ ueritatem/  
charitatem/ quam assecuta est ecclesia primituorum in ce  
lis. Nam quantum ad ea que dei sunt spectant: solus habet  
immortalitatem/ et ipse lucem habitat inaccessibilem: et su  
pereminet scientie plenitudo charitatis Christi qui nos im  
pleat in omnem plenitudinem in se ipso. Qui ē benedictus  
deus et regnat in omnia secula seculorum. Amen.

## SERMO VNDECIMVS

**D**elicata est species amoris affectio : et tenui occasio  
ne leditur letitia spiritualis . Amor occupationū ex  
ternarum impatiens est : suis satis habens inseruire  
negociis : ocio gaudet : quiete fouetur : ad internam delecta  
tionem libera habere tempora uolens . An non hoc ipsum ti  
bi uidetur sponsa inuenire dilectum suum ad cubiculi secre  
tum trahens . Nouit illa dilectum suum nō post se foris se  
cura possideri / nec integre quidem . Et q̄ durnm est aman  
ti animum dimidiare cum Christo et mundo ? Quā durum  
est inquā dilectionis iura peregrinas amittere curas : et cele  
ste secretū secularibus ifestari secretis . Memor fui iqr dei  
et delectatus sū : et defecit spiritus meus . Si delectatio me  
memoria dei negociosa exercet et exaudit spiritum prophe  
tie / quomodo plura poterit : et peregrina cum isto comple  
cti negocia ? Iure ergo sponsa cum dilecto cubiculum petit  
ut libero illi intendat studio : et ex animi sui arbitrio pfrua  
tur : et quieto pectore penitus amplexetur . Apparet illam  
spiritu charitatis duci : et ex spōse affectu locutam opor  
tunitatē exercendi / que sic querit amoris . Et quomodo nos  
si quid uel tenuiter attingimus de christo : de sapientia : de  
suauitate : de contemplationis gustu / non contenti grā : nec  
mensurā contēplantes nostrā statī erūpere conamur : et cu  
biculo fastidito festinamus egredi a reqe et ab illa reqe ? In  
pace inquit in id ipsum dormiam et requiescam . Maria ad  
domini pedes sedēs id ipsum tenebat : turbatur Martha cir  
ca plurima . In multis turbatio : porro unum est necessariū:  
imo et iucundum habitare amantes in unum : nisi in amore  
qui inhabitare facit unius moris in domo . Quid est unius  
moris : nisi federe conformes amoris ? Amor humanum ani  
num deo cōciliat et unit . Similes inquit ei erimus : quom  
aperuerit . Quid ni similes ? Cōmendat se ipsam mundis re  
uelatam mentibus maiestatis diuine inextimabilis pulchri  
tudo : et intuentis in se affectum rapit : et quadam ratione  
sibi

sibi facit similem: dum aliud cogitare non sinit: olore trahimur: transformamur autem uisione. Bonus ergo contemplationis usus: qui unius moris efficit et conformat humanam mentem: et sumam maiestatem. Bona hec mansio. ultra quam nec uota nos trahunt: nec citra tenere nos debent. Quis det mihi ut hec sit requies mea in seculum seculi. Felix qui ex corde potest dicere. hic habitabo quoniam elegi eam. Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Scientie destruentur. Euacuabuntur prophetie. Lingue cessabunt. Sola contemplatio non excidet in futuro. Ideo hanc tibi partem elige in presenti: que non auferetur unq: ut dicat anima tua. Pars mea dominus: propterea contemplabor eum. Propheta dicit: propterea expectabo eum. Reete quidem. Expectat enim boni plenitudinem: cuius portionem iam tenet. Qui contemplationis bono hic fruitur: amplius quidem expectare potest in hoc genere: sed aliud quid non debet. Bona hec bona sunt reposita in annos multos immo in annos cuctos. Ideo felix anima que bono hoc frueris epulare: comedere quia pars hec non repetetur a te: sed refudetur et reformabitur uberior. Hec requies tua in seculum seculi. hic habitabo quoniam elegi eam. hic inhabitata: ut cum illo inhabites qui sedet super cherubin: super scientie plenitudinem qui lucem habitat inaccessibilem. Et ideo in speculationis luce sit locus tuus. hic matris tue ecclesie proprius et domesticus locus. hec eius est domus. Cetera que exercent temporalis necessitatis officia istum ad finem respiciunt. Actionis officia transeunt: permanet contemplationes. Bonum est hic tibi esse: hic tibi tabernaculum fac. Non tibi unum: et dilecto tuo unum: sed tibi et ipsi unum. In hoc cubiculum dilectum tuum introduc. In gredere in requiem tuam: hic requiescas a laboribus tuis: sicut et a suis deus. Septima requieuit ab opere institutio-  
nis. Septima requieuit ab opere restitutionis. In illa post mundum condidit. In ista quando se in monumento recodi

dit. In illa postquam fundauit mundana. In ista postquam reformauit humana. Si quesisti, si inuenisti, si tenuisti dilectum tuum; tene quem tenes; tene; inherere; imprimere illi, ut eius in te uelut expressa reformatur imago; huic fieri conformis sigillo. Eris autem si adheseris. Qui enim adheret deo unus est spiritus. Forte sicut dure materie difficulter in te primo fit eius impressio; sed dulcis adhesio. Laboriosa est reformationis tue sexta; sed dulcia sabbata quietis sequuntur. Consepeire ergo cum Christo per hunc sabbatismum in montem. Beati enim mortui qui in domino moriuntur; amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Spus hoc dicit. Cellocate utique quaevis exhibitiōe et effectu gratie; quomodo et ipse testimonium reddit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit: quia spiritus hoc efficit. Ipse dicit: quia ipse dominat. Ammodo ita dicit spiritus: ut requiescant a laboribus suis. A laboribus inquit non ab opibus. Opera enim illos sequuntur illos. Opera sequuntur spiritum sicut calor igne; umbra corpus; lux solem; effectus causa. Qui sabbatizat in spiritu: non habet opus sectari opera; opera enim sequuntur illum. Opera illos. Que sunt opera illos. Que sunt opera conscientium; opera mortuorum in Christo; opera sabbatizantium; festiuam sunt; feriata sunt; ocium habet opera ista; festina ingredi in hac requie in hunc sabbatismum. Sed uide quod non relinquit sabbatizans nisi cōsepultis cum christo; non relinquit nisi post sextā diem. Post sextā diem in qua aut uetus homo crucifigitur; aut nouus perficitur. Nam propter illum dicitur: ut qui mortui sunt in christo; requiescant a laboribus suis; et propter illum quod novo condito bomine die sexta septima requieuit ab opibus suis deus. Et tu quoque sabbatum tibi compara: redime tempus; et liberas ab exteriori occupatiōe horas uenidae tibi. Sed uide ne hostes derideant sabbata tua; ne illis seruant ocia tua; ne illis uaces que uacare deo debueras. Vacate inquit et uidete quoniam ego sum deus; exaltabor in gentibus; et exaltabor in terra. Bonum est ocium; sed sapientia

etiam scribe in tempore ocii tui. Scribe illam super latitudinem corporis tui. Latum enī cor quod cure nō arctant. Im prime in intimo corporis tui litteras que nō delean tur: et exara i tabulis spūalibus signa sapiētie ut dicere possis. Si, gnatum est super nos lumen uultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. Letare et diem festum age cū dilecto et epulare sicut scriptū est in introitu glorie huiusmōi. Sabbathum iuxta quod dicit Isaias delicatū est et sanctū et gloriosum. Delicatum inquit et sanctum. In desideriis est oīs ociosus. Sed non sunt omnia sancta desideria / qualia eorū qui uolunt diuites fieri: et per hoc incidūt in desideria multa inutilia et nociva. Vides quomodo apostolus multitudem desideriorum in uitio ponit. Quid si imudi fuerint? Nā et multi qui agere non possunt i occulto cogitant que turpe ē et dicere: tenui se in hoc solantes remedio. Ad hōy distinctionem nō contentus dicere sabbatum delicatum ad iecit et sanctum / et domini / et gloriosum / ut nō sint in confusione glorie tue: Si uacas sabbatum habes: si uacas et uides / et contēplaris delectationes domini: iā sabbatū tuum delicatū est et sanctum; et sabbatū domini gloriosum: sabbatū ex sabato. i. uacatio ex uacatione. Prima uacatio est et bona si mundo non uacas. Secunda qdem est melior si tibi ipsi et uaces et cogites qđo placeas deo. Tertia est et optima si etiā tui oblitus soli deo uaces / et cogites que domini sunt: quomodo tibi placeat ipse. Nō sit desidiosū sabbatum tuū operare in sabbato tuo opera dei. Opus enī dei est ut credas i eū. Fide uides: uidemus. n. nūc per speculum: ideo uaca ut uideas: Delicatum plane opus ē uisio et uisio dei. Nō est tibi necessitas de reliquo dimicare p fide: sed tantū delitiani in ea. Erepta est iā de contradictionibus per sequentis populi et peruertentis heretici. Constitue eam in caput cogitationum tuaruū: ut cogites cogitationes fides antiquas. Amen.

SERMO IDEM

**D**isciunt cogitationes antiquas habere qui nouitatem  
uerborum exquirunt: quia nova excludunt dogmata: qui  
iuuenilia desideria non declinantur: ut nihil habet gra-  
uitatis: nihil auctoritatis: nihil antiquitatis plenius: non est  
tibi amen: ubi est aut disceptatio: aut deceptio cogitationum:  
ubi aut infidelitas est: aut fluctuat fides ipsa. Ingredere tu  
intutos recessus fidei: introduce dilectum in cubiculum matris  
tue: ut quicquid de christo sapis: quicquid seris intra ecclae-  
sie costringas regulas: ad eius castiges censuram: huiusmodi  
opus operare in sabbato tuo. Alioquin si uacas: et talibus non  
uacas studiis: facile in uacuo ait cogitationes uane et uene-  
nata erumpent consilia. Denique sicut heres agrorum hoereticorum  
et spine obsident: et euangelia tibi dicunt: quia duo erunt  
in lecto: unus assumetur: et alter relinquetur. Quasi le-  
ctus quidam est ociosa et leta uita quieta. In ecclesie gremio  
de gentium eorum qui nullo sunt ecclesiastici munera onere  
occupati: nec prudenter et dispensationis sollicitudine di-  
stenti: sed libero utuntur ocio sub alieno regimine. Non tam  
men hoc ocio oes rite et iure debito fruuntur: sed libertate  
quam obtinent temporis dant in occasione corporis. Bonus enim  
lectus si quis eo legitime utatur: et opportunitate exterioris  
quietis in uoluptate couertat uisionis interne. Hi sunt qui  
assumetur ab hoc eccelesie cubiculo ad illud celeste: ut ubi  
Christus est et ibi sint cum ipso. Denique ubi cunctorum fuerit cor-  
pus illuc congregabuntur et aquile. Esto tu quasi aquila: et  
acutis utere luminibus: spirituali assuescere contemplationi: con-  
mane in petris: et in preruptis columbariis silicibus: imo in sin-  
gulari illius petre: que christus est in caverna iugendere. Intra  
iuxta Isaiae uerbum in cubicula tua elaudere hostia tua: et abscondere  
modicum ad momenum donec permaneat indignatio: magis  
uero abscondere in eternum: ut delectatio maneat. Intra in  
cubiculum pacis in potentias domini: quia pax in uirtute eius.  
Memorare iustitie eius solius: ut in te sibi obuient pax et  
iustitia. Memorare iustitie eius solius: quia quid heres quod

non accepisti. Iustitie eius solius. Bona iustitia quā aduersus titillantia uitia tibi pugna quadā defēdis. Felicior ubi non dimicas pro iustitia: sed magis delectaris in ea: ubi nō conflictationi studes: sed delectationi: non seris cum uitiis iurgium: sed cōmerciū cum uirtute cōtrahis. Istā possides cum impugnas illa. ubi posterioꝝ oblitus non cogitas que hominis: sed que domini: et memoraris iustitie eius solius: quom iustitia et pax in te osculate fuerint. Regnum enī dei iustitia et pax et gaudiū. Si regnum: quare nō et dominus et cubiculū? In pace enī factus est locus eius: et habitatione eius in syon. Ingredere in cubiculū pacis huius quidem exterioris: sed magis illius interioris: in habitationē speculationis: quia syon speculatio. In pace inquit in id ipsū dormiam et requiescā: id ipsū ad speculationē refert: quia hec est pars optima que non auferet ab ea. Deniqꝫ et sponsa obdormiuit cū dilecto in cubiculo matris sue: et quedā passa est soporate mentis excessum in amplexu spōsi. Ideo sequit̄ Adiuro uos et cetera. Et tu ergo si spōsum apprehēdisti/ rene: nec dimittas donec introducas in domum et in cubiculum matris tue. Quid ergo tibi psuadeo ad quod te ipsa experīetia pcepte dulcedinis multo magis inuitat et allicit? Si quis enī feriato aīo furtim et quasi ī raptu prelibare potuit libere meditationis festina gaudia: nescio si qd unquā libentius agat q̄ ut huic totum: et ex integro se studio tradat et expeditat. Deniqꝫ trahebant sponsā prima pulchre cōtemplationis blādimenta: et ad quietis prouocabāt cubiculum quo dilectū introducturam se leta gratulatur. Non dimittam illum donec introducā illum. An nō tibi uidetur quasi dicere his uerbis illud de psalmo. Si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitionē: donec inueniā locum domino. Omnia dimitto ne dimittā illum. Omnia enim detrimentū facio: ut christum lucrifaciā: propter supereminentem letitiā presentie eius. Si dormierint duo sivebuntur mutuo: unus quō calefiet; Ecclesiastes hoc dicit.

Bonum est foueri et inflāmari i amplēxu uerbi . Ignitū enī eloquiū domini uehemēter / et spūalibus estuat desideriis / ideo non dabo somnū oculis meis / et palpebris meis dormi tationem / donec introducam illū in cubiculū matris mee . Tunc quiescam et suauis erit sōnus meus . Quasi dormiuit Ioannes recumbēs in pectore Iesu / ubi reconditi sunt omēs thesauri sapientie et scientie dei . Ibi uere quietis locus / in telligentie serenum / sanctuariū pietatis / delectationis cu biculum . Hic dormi ut uideas quod ipse uidit : uerbum in principio : uerbum apud / et uerbū domini : et intelligas in christo cum patre existendi coeternitatē / personalē diuer sitatem / et unitatem substātiālem . Quid tibi uidetur subli mius hoc somno ? Huc se non possunt humani iactare intui tus : irrumpere ratio . Deniq; nō uidebit hec homo et uiuet . Bonum est ergo te obdormire : et humanoꝝ sensuū et affe tuū obliuione sopiri : ut huiusmodi sōnia somniare possis . Hoc apostoloꝝ cubiculū est qui nos genuerunt in christo . Quasi mater ē Paulus quom dicit . Filioli mei quos iterū parturio : donec formetur chtistus in uobis . Matrē habes : uis habere cubiculum : Nostra inquit cōuersatio in celis ē . Vis somnū : Mente inquit excedimus deo . Huc ergo trāsi cum dilecto : hic mane : hec meditare : in his esto : aut si ista pertingere non potes / temperatius age : si non potes recum bere in pectore Iesu / ubi indefesse puteus sapientie : requie sce inter scapulas / ubi patientie eius exēpla et mysteria cō templeris . Inter humeros eius / quia principatus factus ē su per humerum eius . Et Beniamin dictum ē ꝑ amātissimus domini inter humeros requiescat . Requieuit quidem et cb dormiuit Iesus in cruce : et tu cum ipso in passionis eius si de et memoria dormias : uel potius inter istas sortes discurre inter pectus et humeros : inter fidei mysteria et manifesta tionem ueritatis . In altero fac tibi domum : in altero cubi culum . Amantissimus domini Beniamin quasi in thalamo morabitur tota die : et iter humeros requiescat . Vides quo

inter humeros thalamus collocatur: Quid ergo erit in pectori? Utrobique plane contemplationis pulchre locus, et inter humeros et inter ubera. Sed uberior gratia in pectore: ubi amoris locus, cogitationum sedes, amplexus occasio, et cernendi copia uultus. Bene ergo in pectore Iesu thalamus: immo et thesaurus: Ibi enim et delitie sponsi: et diuitie uerbi. Quia in illo absconditi sunt omnes thesaurei sapientie et scientie dei. In hos ingredere thesauros: absconde te in abscondito faciei eius a conturbatione hominum: et nemo te exsuscitet: neque euigilare faciat donec ipsa uelis: Denique et hoc habet ea que subsequitur adiuratio sponsi Christi Iesu. Qui uiuit et regnat in seculorum. Amen.

### SERMO DVODECIMVS

tegis: punis et non purgas: consumis et nō concilias: consu-  
mis: sed carnis substātiām non culpam. Quid tibi et paci?  
Quādo pacem cōferes: cui ē cum peccato cōmeritiū? Quan-  
do conferes gratiā: que nō aufers culpā? Iustitia enī et pax  
osculate sunt. Disciplina pacis nostre sup eum qui nobis at-  
tulit fructus pacatos iustitie. Dictus est ille solus Salomō  
noster uerus pacificus: q̄ in diebus eius orta nobis sit iusti-  
tia et abundantia pacis. Abundans uere pax que non modo  
preterita sufficerit repropiciare delicta: sed oē etiā abūder  
in seculum. Abundat enim donec auferatur luna: donec au-  
ferat labor mutabilitatis nostre: labor mortalitatis nostre:  
alternantium labor defectuum. Vere abūdans pax que non  
est data ad mēsuram meriti. Nō enim meritum inuenit sed  
contulit. Quomodo nō abundās pax que et remisit offen-  
sam: et priorē emulauit gratiā? Erat homini primo in para-  
diso pax: ut nō posset intus abduci: sed non erat uirtus per  
quam uellet reduci. Erat gratia ut posset nō exire: sed non  
erat ut posset quom uellet redire. Modo pax uberior i gra-  
tia christi: que post iteratos excessus ultro offertur: et pe-  
nitentes nō repudiat: sed reuocat. Bene pax abundans que  
nulla potest exaudiri iniuria: paratior adueniam q̄ ad uin-  
dictam. Pax et a remissione peccatorū incipiēs usq; ad diui-  
ne participiū abūdauit nature. Qui enim adheret deo unus  
spiritus est. Vides quanta repropitiationis abundantia: ut  
nō iam pax cum deo: sed magis unitas cum eo dici possit.  
O beatū confinium: ubi sublatus est inimicitarum parti-  
es mediis. Beatū quidē cōfinium: sed nondū tutū. Adhuc  
hostis noster hos tetat quadere terminos: fines conuellere.

Est nobis in Christo Pax cum deo patre: sed nondū pax ab  
hoste cōmuni. Abundauit autem pax hec donec destruatur  
nouissimus inimicus / mors. Interim et si non est pax ab ip  
so: profectio tamen est contra ipsum. Erit ipse pax nostra:  
quom Assirius uenerit in terra nostra / et calcauerit in fini  
bus nostris. Proximos sibi pōt Assirius fines infestare spi  
rituales / interiores non potest: calcare potest / sed stare non  
potest in finibus nostris Assirius. Erit enim Christus pax  
quom calcauerit in finibus nostris Assirius. habemus con  
finium et confinium: confinium cū deo / et confinium cum  
mundo / confinium cum spiritu / et confinium cum carne.  
Et si quibusdam dictum est. uos non estis in carne sed i spī  
ritu: confines tamen sunt carni uel propter substantie natu  
ram: uel propter carnis curā. Hostis ergo carne nostra qua  
si castro utens / regiones spiritus de uicino infestat: et de cū  
termino presidio insidias machinatur. Sed erit iste. i. Cbri  
stus pax: Assirius quom calcauerit fines nostros. Ille Salo  
mon noster: pacificus noster qui prestat nobis pacem super  
pacem: pacem cum patre: pacem ab hoste: ipse ponet fines  
nostros pacem. O confinium et coñfinium quantum discre  
patis ab inuicem: quantis tu abundas gaudiis: et quantis ui  
cinus et obnoxius scandalis. O finis et finis tu q̄ lete rene  
tis: et tu q̄ laboriose regeris. Vtrobīq̄ christus limes ē me  
dius: istinc sepans: et illinc federans: istinc inchoans: illic  
consumans. Sapiētia enim attingit ab hoc fine fortiter usq;  
ad finem illum / disponens in illo fine cuncta suauiter: si  
nes ille lectulus ē. Ideo de muliere forti dicitur. Procul et  
de ultimis finibus precium eius ē / propter quod ipsa se intē  
dit: quo se estimat / quo eius explet̄ auditas. Quid id ali  
ud ē nisi sponsi amplexus et lecctulus? Ut imus finis ē / ut  
tra quem se non potest auditas extendere: nec facultas com  
prehendere sufficit. Finis ē ubi ipse a te deficis: ubi exhau  
riris: ubi esse alius inc ipis / totus i chris̄to / et solus i te chris  
tus. O uera pax / et plena pax / quādo de regno dei tollētur  
scandala

59

Scandala: quando non erit timor in finibus nostris: quando  
non erit finis et finis: sed unus tantum finis / et supradictus  
finis. Finis deo federans / et conformans tantum. Finis le/  
cruli gaudiis fruens: non glariis agens. Nunc uero ut quie/  
ta sint quantulacunque sunt lectuli gaudia: necessaria quidem  
est custodia fortis. Ideo lectulum Salomonis sexaginta am/  
biunt ex fortissimis israel / et in euangeliio habes. Quom for/  
tis armatus custodit atrium suum / in pace sunt que possidet.  
Uberior hic commemoratur custodia quia uberior est gratia  
lectuli quam atrii: et spose sollicitudo maior quam possessionis:  
et ad portam paradisi angelicam custodiā cum gladio flā/  
meo positam lego. An non quidam paradysus lectulus Sa/  
lomonis? Lectulus inquit floribus. Denique ipse flos campi:  
ipse lignum uite. Bene paradysus delitiaeque lectulus talis:  
Vides quomodo ample delitie arcta cinguntur custodia?  
Lectulum enim Salomonis ambiunt sexaginta fortis ex for/  
tissimis israel. Non multum nunc de numeri huius dispu/  
to ratione: illos tamē signare qui prerogant: et iustitia ope/  
ris / et notitia legis. De fortibus israel sunt: qui fide fortis  
sunt: qui stant in fide et uiriliter agunt: qui omnia possunt:  
sed in eo qui omnia confortat christus. Male fortis est qui  
aduersus scientiam de se tollit: qui aduersus illam inflexi/  
bilis et rigidus est: cui fortitudo lapidum fortitudo elius:  
et cor eius æneum: ut nec uexatio det intellectum auditum  
eius. Quales denique sunt quibus Paulus dicit. An emulamur  
dominum? nunquid fortiores illo sumus? Non est de forti/  
bus israel qui quom uulneratur non dolet: quom uerberatur  
non sentit. Stupidus manens ad omnes stimulos anticipitis  
gladii: uerbi penerrabilis / et gloriatur si contra sapientie sti/  
mulos calcitret. Non talis Maria cuius animam ac si mol/  
lem materiam gladius pertransiuit. Me utinam facile obti/  
neat uerbum ualidum si me opetur eius efficacia: et anima  
meam hic penetret gladius / ut et ipsa quasi gladium con/  
uertatur contra spuiales pugnatura nequitias. Quid mittis

manum ad fortia/ qui ex fortissimis non es? Custodiam ut  
quid suscipis/ qui desidiam non excutis; Quid lectulū am  
bis/ qui gladium non habes? aut si gladium habes uerbi/ ha  
bes illum in pagina/ non habes in lingua. Non tenet mani/  
bus lingue uerbi dei uersatile gladium. Volubilis ē sermo:  
spiritus flāmeus est: sed nescio qūo contra naturam suam pi/  
gredscit in manu tua/ restringitur et hebetatur q acutior est  
et penetrabilior omni gladio ancipiti. Non est uelox uer/  
bum in ore tuo/ non currit uelociter/ non est uersatile ī ma  
nu tua pro uarietate negotii: quo tamen ad omnes spiritua  
lis certaminis usus abundat. Quid tibi usurpas officium cu  
ius usum non habes? Omnes tenentes gladios/ et ad bella do  
ctissimi. Sine causa gladium portas tu qui bellandi suffici  
enter nō habes peritiam: aut si doctus es belligerare/ magis  
te exercest ad negotia seculi q̄ ad negotia christi: forensi iu  
re plus uteris q̄ ecclesiastico: et plus seculari q̄ spūali cer/  
tamine cales. Paratum uult uix ecclesiasticū princeps ecclē  
sie: paratum eum uult ad reddendam rationem de ea que ē  
in nobis fide et spe. Et quo nam pacto piger imparatus ad  
ista gloriaris/ si prompte respondeas de iure publico? De/  
centius multo in ore clericī: in ore monachi sacra quā secu  
laris littera sonat. Quid in hierusalē uis loqui lingua egyp  
tia? Non sic Isaias. Erunt inquit quinque ciuitates in terra  
egypti loquētes lingua chanaam. s. quia penitus hebrea nō  
poterant/ ea loquerentur que sācte affinis est. Quid uis me  
dia ex parte loqui azotice qui iudaice debes? Sic enim ha  
bes in esdra. Loquere linguis non hominum sed angelorū.  
Angelus enim dei es: qui sacri profiteris uerbi mysterium.  
Labia enī sacerdotis custodiūt scientiā/ et legē requirūt ex  
ore eius: quia angelus domini ē. Euangelice ex toto loque/  
re qui uir euangelicus es. Sermo ergo tuus legē redoleat:  
prophetas: apostolos: eoꝝ uerbis linguam tuā exacue: mu/  
tua ex eis arma potentie domini. Ad debellādas munities:  
adredigendum in captiuitatem omnem intellectum extol:

lente se aduersus scientiam dei. Versatilis sit i manu tua  
 gladius spiritus; ut ad omne quod tibi emergit negocium fa-  
 muletur; ne te destituat sermonis sacri facultas, quem tem-  
 poralis et subita deposcit occasio. In labiis tibi sit non i fo-  
 liis uerbum ualidum et efficax. Labia enim non folia sacer-  
 dotis custodiunt scientiam. Sacculum pecunie tolle tecum:  
 gladius uerbi tibi sit a latere, non in latebris proximus tibi  
 sit. Accingere eo super femur tuum, ut potens sis et promi-  
 ptus: et exhortari in doctrina sana: et contradicentes redar-  
 guere. Non tibi sit ensis sub femore: et uerbis sacri studiu-  
 carnis prudentie non supponas. Vniuscuiusq; ensis super fe-  
 mur suum: ut ubi est temeritatis occasio, ibi maior uerbi pre-  
 occupatio fiat, cōmotio crebrior. Vniuscuiusq; ensis super  
 femur suum: ut se ipsum primo corripiat, se ipsum custodi-  
 at, se ipsum dijudicet. Docet te Paulus quasi super femur  
 tuūensem habere. Considera inquit te ipsum ne et tu tēte-  
 ris. Ensis cuiuscunq; super femur suum, propter timores no-  
 cturnos, propter lapsus subitos preoccupatos casus. Quasi  
 timorem nocturnum apostolus innuit dicens. Si preoccu-  
 patus fuerit in aliquo delicto. Nocturnum est enī quod im-  
 prouisum est, quod subitum est: nocturnum etiam quod in-  
 sidiosum est. Ideo dicit: ut non circuueniamur a Sathanā.  
 Non enim ignoramus insidias eius. Idem Paulus alibi ti-  
 mebat a timore nocturno. Timeo inquit ne sicut serpens se  
 duxit euam: ita et corrumpantur sensus uestri a simplicita-  
 te que est in christo. Bona simplicitas ubi christo adherens  
 unus est cum illo spiritus: simplicitas ē ubi unitas est: sim-  
 plicitas est si iam non ipse uiuis: sed uiuit in te christus. Si  
 te deuorat sapientia dei, si te spiritualis absorbeat letitia:  
 et intimis recondat uisceribus. Et ubi est tanta simplicitas  
 nisi in lectulo? Vniuscuiusq; ensis super femur suum. Sup  
 femur, non propter femur, sed propter timores nocturnos.  
 Contra spirituales nequicias quanto feliciorē sortita es lu-  
 ctam, que Salomonis contineris in lectulo: non contra car-

nales nequicias: ne contra spirituales quidem: sed cum spi  
rituali letitia cū Salomone qui pacifici nomine prorogat.  
Ideo pacifica colluctatio cum ipso/ et pacifici nomen/ et sa  
pientie personam Salomon gerit. Ama inquit sapiētiam et  
amplexabitur te. Amplexus colluctationis quandam spēm  
prefert. Amplexare/ ut amplexetur te. Glorificaberis ab ea  
quom illā fueris amplexatus: sicut dicit in proverbiis. Am  
plexere uerbum/ utere eo sicut i lectulo/ non sicut i bello.  
In lectulo locus est nō ensibus/ sed amplexibus strictis. No  
li fortis esse/ ne tibi fortis esse contingat. Intus utere uerbo  
non quasi gladio/ sed q. aſi ſponſo/ ut uerbo ipſo oblecte  
ris: oblecteris ueritate ipſa: non contra errores oblucteris  
et uitia. Aliis hoc munus et officium relinque. Quid tibi  
cum conflictu/ cui totū de affectu conſtarē debet? Que ſpō  
ſa eſt non diſputantis et confligentis ſectatur negocīu/ ſed  
ocium amplexantis. Alii lectulum ambiunt: tu cupidis am  
plexibus fruere. Quid tamē eſt/ q. de ipſo lectuli nobis ap  
paratu nil dicit: q. non eius uel in moſico depromit deliti  
as? Forte uerbum hoc uerbum ineffabile eſt: quod non licet  
homini loqui. Qui experitur intelligit: et tantisper dū ex  
peritur/ ne memoria quidem preteritas integre recenſet de  
litias: quo: potui ſcriptura expressit. Lectulū dixit: et lec  
tulum Salomonis. Satis dictum eſt/ ſed ſapienti et thronū:  
lego Salomonis/ et ferculum. Sed ut: q. ambitioso extru  
ctum apparatu/ et ſicut regias deceret delitias. Nūquid er  
go lectulum itelligemus neglectum? absit. ſed ſufficiebat  
ſcribenti ut lectulū diceret/ qui ſponse loquebatur. Illa enī  
nibz in lectulo diligit niſi q. lectulus eſt: et q. in eo copia  
ſit ſuum amplectendi Salomonem. Magnum et multiplex  
misterium repperies in lectulis per omnem ſcripturaz tex  
tum: ſed nō eſt ad lectulum Salomonis. Eſt lectulus quem  
ſibi Iob ſternit in tenebris: et eſt lectulus quē Dauid rigat i  
lachrymis: et eſt lectulus in quem languēſ decumbit: et eſt  
lectulus i quo defūctus resurgit. Talis Helisei/ talis lectu

53

Ius Helie / uterq; defunctum hospite mulieris filium in le/  
ctulo suscitauit . Ille expandit se super mortuum / iste incur  
uauit . Vnus in utroq; christus : ille exinanuit se ut formā  
serui susciperet / et eternitatis sue longitudinem infra breui  
tatem temporalis nature contraxit . Ipse expandit se quom  
spiritum sanctum abunde in nobis infudit . Sinus ille ma/  
tris defunctum premere poterat non uiuificare : littera enim  
occidit : spiritus autem uiuificat . Sed uerus Helias illum i  
cenaculum tulit : ad spiritualem prouexit intellectum . Fri  
gidus erat littere sinus / nec poterat eius intelligentia uita  
lem spirare calorem . Bonus Helie lectulus / qui defūcto ui  
te calorem infudit : iustus ex fide uiuit . Ideo tribus metit  
uicibus / ut trinitatis cognitionem conferat / et diuidat men  
suram fidei . Plangit lex littere sensum extinctum / sensum  
carnalem . sed christus hunc sensum tulit : spiritualem resti  
tuit : nouum et uitalem intellectum reddidit littere / quem  
suum uere cognoscat . Ipse Helias qui restituit omnia et no  
ua facit : et Paulus legi se mortuum dicit : ut uiuat in chri  
sto . Bonum est ut et tu moriaris / non modo ueteri legi / sed  
et ueteri homini / ut suo te uiuificeret in lecto / qui peccata no  
stra tulit i corpore suo / ut peccatis mortui iusticie uiuamus .  
Tu enim quod seminas non uiuiscatur nisi prius moriat .  
In hoc resuscitato intelligimus omnes . Et ideo cōmuniſ re  
ſurrectio hec / sed priuata quedam i lectulo Salomonis gra  
tia : et solius ſponſe prerogatiua ſeruata : et nunc ſi quis ma  
tris noſtre conuentus huius sancti uidue apud quam utrūq;  
ſuſtentaris Iesu bone : ſi quis filius eius moritur / tu resuſci  
ta . Mortuus est qui uel tediī uel desperationis mole obrui  
tur / i quo nihil eſt inuide deuotionis / feruidi ſpiritus : qui  
et ſi legis precepta non deserat / et infra regule gremium ſe  
concludat : frigido tamen et moribundo languet affectu in  
opere sancto ſuaue nil ſentiens . Totius illum ordinis tri  
ſtis examinat facies . Molli et femineo matris eſt ſinu fouen

dus: ut non exasperatus abundatiore tristitia absorbeatur.  
Non expedit ei extra materni sinus ambitum reperiri: ne  
forte non tollat illum uerus Helias in cubiculum suū quos  
resuscitat christus / mulierum utriq; fletibus donat. Sic ui-  
due filium / sic sanctorum fratrem mulierum: sic peremptā  
precibus suscitauit puellam. Tolle bone Iesu / et hunc mor-  
tuum nostrum de matris gremio . Regularis hec et exteri-  
or obseruantia neminem ad profectum adducit. Introduc il-  
lum ad molliorem lectum mollioris spei per quem appro-  
ximet deo. Experiatur quod expectat: quoniam bonus do-  
minus expectantibus se anime querenti illum . Vnius ho-  
re experientiam multorum temporum labore exhibilat.  
Tūc redditur matri quem illa prius amiserat: dum teneret  
eius affectum / sed mortuam deuotionem defleret. Nouus  
redit ad nos: postquam tu illum te ipso uestisti. Ideo te sup  
ipsum expandis: ut quod est in eo fedum operias: quod nu-  
dum uestias . Bonus huius lectuli usus: qui breui hora i tem-  
pora sequentia uitalem alacritatem transfundit: Maior i Sa-  
lomonis lectulo gratia: in quo sponsa matrem carnalem de-  
relinquenti perpetuo iure dilecto adheret: et unus cum illo  
efficitur spiritus. Bonus ergo lectulus in quo nullus langor  
est / nisi forte langor amoris. Qui non uersatur in infirmita-  
te sed in iucunditate. Bonus lectulus qui nō rigatur lachry-  
mis / qui non in tenebris sternitur / qui nihil habet in se tri-  
ste / nihil tenebrosum: sed totum lux et letitia: qui non indi-  
get sterni tapetibus de egypto / quibus in prouerbiis mulier  
heretica lectulum sternit . Nihil enim in se habet lectulus  
Salomonis alieni ornatus / nihil picti nihil mundani: sed to-  
tum sacra uoluptas et solida ueritas . Magnum et uanum sa-  
cramentum in sanctorum lectulis. sed supgressus ē uniuer-  
sos lectulus Salomonis . Nec sponse lectulus huic ualet cō-  
parari . In lectulo suo quem querit dilectū nō inuenit: ideo  
surgit et circuit donec ad istum pertingat . Festina filia sa-

cra uirgo festina istam ingredi requiem. Noli strictos i circuitu enses uereri. Enses isti enses uerbi super femur et super timores nocturnos uel carnis configunt lasciviam: uel timidi cordis absidunt ignauiam. Hec quidem in aliis: te uero suauius uulnerant ut caritate transfixa nocturnum ignorent timorem: nec quicquam habeas frigidi timoris admixtum: sed tota transeas in affectum igniti amoris: que in solū amoris es usum dicata/et in charitatis locum ascensura stratum dilecti: lectulum Salomonis ueri Iesu Christi qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

## SERMO SEXTVSDECIM VS

**A**udiuitis sacre uirgines sponse Christi/ audistis hesterne sermone de lectulo uestri Salomonis: interius hodierno pergitis querere de ferculi sacramēto. Omnes uultis huius cantici sermones ad amoris usum deflere/ et ad uestras interpretari delitias. Vobis solis hec putatis esse conscripta carmina. Nullus sapit uobis sermo q̄ non amatoriis uernet affectibus/ et dulcem charitatis odore aspiret. Habetis ergo et hic aliquid/ quod amatorium sonet blandimentum: de ferculo uobis alludit sermo diuinus. Nullā uobis residere patitur dilectus excusandi materia. Grata quidē sunt promissa lectuli gaudia: sed poterat aliquis uobis adhuc suspicio de pueniēdi difficultate submurmure rare. Ideo uobis sermo sacri uehiculi quo estis ad lectulum portande pulchra uarietate describit ornatum. Ter in itinere sponsus nobis procurat ipse delitias. Ferculum hoc qđe gratum est i materia/ sed auctore est gratius. Ipse enim Salomon ferculi huius est auctor et artifex. Ferculum enim si bi fecit rex Salomon de lignis libani: columnas fecit argenteas: reclinatoriū aureum. Audi filia q̄ glorioso apparatu portaris ad lectum: non sinit te sponsus sine reclinatorio et

illo aureo: fortasse ex illo auro / de quo legis: caput eius au  
rum optimum. Multis reclinatorii usus est sed inferior q  
lectuli. In reclinatorio habes spes fessa iucundum sustenta  
mentum: oblectamentum in lectulo. Hic sponse uotum fo  
uetur / ibi uotis fruitur. Quantus te putas expectat appara  
tus que tali deduceris ornatu? Quid ergo nūc sermone fre  
quenti cuncta exaggerem: ligna cedrina: ligna libani: colū/  
nas argenteas? Ipso auditu se nobis ista cōmandant: et cor/  
poralis pulchritudo in figuram adducta spiritualem: quen

55

candelabrum ponis qui te ipsum non accēdis ? Ille te ponat  
in sublimem qui lucernam te fecit. Per illum ascēde qui te  
accendit . Deniq; nemo se ipsum ferculum facit : sed ipse Sa-  
lomon fecit sibi ferculum de lignis libani . Est et ferculum:  
si quis non solum in ore / sed et in corpore suo christum por-  
tat . Glorificate et portate christum in corpore uestro dicit  
Paulus . Portari uult a uobis christum sed gloriose non cū  
tedio nec cum murmure / non cum indignatione et fluctuan-  
te proposito . Deniq; portari non trahi : trahenti enim onero-  
sus est christus / onerosa castitas / onerosa humiliatio / obedi-  
entia grauis / pauperies sordet / deformiter portas qui sic cō-  
uersaris . Fascis quidam grandis tibi uidetur / fides et pie/  
tas ponderosa . Nō potest dicere fasciculus myrrhe dilectus  
meus mihi . Quid ? Fenum tibi uidetur fides tua / sub cuius  
opere sic strides / sic gemis / sic murmuras : qūo plaustrum  
stridet onustum feno . Non est fenum christus / sed flos est :  
sed fructus est : sed lignum uite : lignum quod dat fructum  
in tempore suo : et tu nō uis tempus expectare : beati qui ue-  
scunt tēpore suo . Deniq; patiētia necessaria ē ut reportetis  
promissiones . Portate ergo patiēter onera : īmo opa pieta/  
tis . Pietas enī et ipsa partē iā hēt repromotionis sicut scri/  
ptū est . Ergo portate ymaginē eius q; de celis est : et glorio-  
se portate . Onus enī eius leue . Estote nō ignominiosum of-  
fēdiculū / sed gloriōsū uehiculum : quale fecit sibi rex Salo-  
mon . Miro autē mō ita uirtutū distīguit uarietatē : ut ī pri/  
mo loco elatiōis uanitatē excludat . Quid enī hēs qđ nō ac-  
cepisti ? Si autē accepisti : quid gloriaris quasi non accepis ?  
Si ferculū es : non tu te : sed ipse te fecit . Ferculū enī tibi fe-  
cit rex Salomō de lignis libani / et ligna ipsa qđ fecit ? nō ne  
ipse ? Ipse plātauit cedros libāi q; si cedrus es alta libani no-  
li tamē altū sape / sed time ne forte īde euellaris pp elationē  
ubi plātatus es p electionē . nōl . n . tu te sed ipse elegit te ī  
opus mīsterii . ipse mīsterii officiū q; i mīstrādi cfert grām . i .

facultatem et dignitatem. Agnosce a quo plantatus es / et  
nō tibi ueniat radix superbie : ut non moueat te manus téta  
toris . Non ascendat : ut succidat te securis inimici : cuius  
ne nouacula quidem super caput sanctorum ascendit : Fer /  
culum dei ille sibi præripere gestit / et ī usus suos de libano  
ligna succidere . Deniqꝫ apud Ezechielem gloriatur et di /  
cit . In cathedra dei sedi : Vide ergo ne per elationem de ca  
thedra iustitie efficiaris cathedra pestilētie / et ferculū scan  
dali : et per te uel exempla : uel sermo malus ad multorum  
perniciem ut cancer serpat . Esto ferculum dei / ut eius in te  
imaginem portes : et odorem notitie sue per te manifestet .  
Tale paulus ferculum erat / de quo dominus ipſe pfitetur :  
Vas electionis est mihi : ut portet nomen meum . Ipſe qꝫ ele  
git / ipſe ferculum fecit . Ferculum sibi fecit rex Salomo de  
lignis libani . Ligna hec ligna cedrina sunt / et natura sui / et  
nomine loci . Nescio quid magnum cōmendāt : libanus can  
dorem sonat : cuius ligna nulli obnoxia sūr corruptioni / et  
sicut substantie sue non admittunt putredinem : ita suauissi  
mum spirant odorem . Bene libanus Paulus qui seruiebat do  
mino : ut ipſe dicit in conscientia pura . Quid enim pura cā  
didius conscientia ? Quid imputribilius illo quē nulla crea  
tura separari potuit a charitate dei . Momentanee uirtutes /  
et que ad horam subsistunt : mihi non uidentur tam ligna qꝫ  
olerā que cito decidunt . At in paulo quedam erat indefessa  
charitatis imputrebitas . Ideo bonum certamen certauit :  
curlum consumauit : decetero expectans coronam iustitie /  
coronam de manipulis : cuius iam quasi de uicino attraxit  
odorē . Deniqꝫ et ipſe bonū exhalauit odorē : odorē uite ad  
uitā : odorē notitie dei . Bonus odor fama bona / bonus odor  
conscientia bona . Illa aliis bene oletur : ista sibi : hec enim  
gloria sanctorū testimoniū cōsciētie . Future enī benedictio  
nis fructus iā nobis ī bonitate uite cepunt olere et bene ipu  
trebilitati bonus odor adiungit . nā ecōtrario putredo fetu

56

rem emitit. Qui enim seminat in carne de carne metet corruptionem / de corruptione tristem odorem sicut de integritate suauem. Et bene de integritate inducta est mentio / q[uod] uirginalis canfor expressus uideatur libani lignis / nam et bonum uirginalis continentia uaporat odorem : et eius est perpetuus usus . Siue enim coniugii seruitus evacuabitur : si ue desolatio uiduarū cessabit. Virginalis uero integratatis libertas : et gratia non excidet unquam : quia qui non nubunt nec nubuntur / iam sunt quasi angeli in celo . Deniq[ue] et libano in scripturis legitur comparata uirginitas . Ego inquit quasi libanus non incisus euaporaui : et sicut balsamum non mixtum odor meus . Merito libanus uenter imaculatus uenter impollutus uenter intactus uenter non incisus . Non incisus est / cuius manet integritas : cuius non sunt resignata claustra pudoris . Propter munditiam libanus : propter integratatem non incisus . Merito enim non incisa que non est diuisa . Vis audire incisam ? Mulier nupta cogitat que mundi sunt / quomodo placeat viro / et diuisa est / utique in deum et virum diuisa / et forte non equaliter diuisa / sed in virum pensioner . Mulier autem innupta et uirgo non cogitat nisi que domini sunt / quomodo placeat deo . Quasi libanus non incisus euaporaui habitationem meam . Matris domini specia : liter hec uerba uidentur . Illa uere libanus et libanus non incisus . Illa uobis euaporauit sacre uirginis habitationem suā / habitationem celestem / habitationem angelicā / quando uirginalis conuersationis exempla in uos transffudit / et perpetui pudoris inspirauit amorem : et satis expressit habitatio / nis sue gratiā : quam euoporare se dicit . Quid enim habitatio ne uirginea uapori similius ? Nihil het hec conuersatio car / neū : nihil mundanū : sed totū celeste . Sup mundanū totū : spū ale totū simile uapori / sed quali uapori ? Et tāq[ue] balsamū inquit non mixtū odor meus . Tāq[ue] balsamū non mixtū non corruptū / tanq[ue] balsamū non adulteratū . Est mixtura que balsamū

simulat et nititur / et est mixtura que si non habet balsami similitudinem : bonum tamen contristat odorem . Est ergo ut sic dicam / balsamum uerum et solum : et est balsamum et si uerum / non solum : et est balsamum nec uerum nec solum . Primum in perfectis est : hoc ultimum i deceptis : medium in illis qui et si nulla illuduntur fallacia / aliqua tam uirtutis gratia destituuntur . Merito itaq; illa que sola gratia plena erat quasi balsamum non mixtum odorem suum dedit . Quod si tu uirginitatem oles / si orationum instantiam / si iejuniorum abstinentiam / bene oles : et balsamum oles . Si uero impatientie adhuc merbo laboras / si uanilodium / si leuitas consiliorum / si ardor explende propriu luntatis / si tristitia / si tedium / si horum aliquid unum i te nominatur : mixtus est iam odor tuus : et non purum balsamum spiras : Modica enim stilla admixtionis peregrine totam balsami massam contristat . Bene quidem cum illo agitur / qui si quid triste fortuito et uelut subito redolet ; statim abolet . Nam in multis offendimus omnes dixit apostolus . Ex subito quidem lapsu / sed statim correcto nullius est odor estimandus : magis uero in eo in quo quis est sedulus uitio periculosa et pessima mixtura cuiuslibet est quando uitium quodlibet uirtutis mentitur speciem : et angelus Sathanus in angelum lucis se transfigurat / et quasi uenenum facit balsamum spirare . Vnguentarius est sathanas : nolite ab illo oleum emere . Non enim tam confector est q; corruptor unguenti . Deniq; sicut scriptum est : feruescere facit quasi olla mare : ponit sicut quom unguenta ebulliunt . Mors i hac olla : ollam hanc succensam uidit Hieremias : et faciem eius a facie aquilonis . Qualis unguentorum artifex / qui de mortis olla uite uapores exire simulat ? Qualis artifex q; olle scelle faciem quasi ab austro feruere facit / per quam potius ab aquilone mala exardescunt in terra ? aut filius prophete est : aut certe propheta : qui mortem in olla deprehendit :

et uapores eius ab aquilone uenire. Sulphurei sunt uapores  
quos olla carnis tue succensa euomit et tu in his balsami ti  
bi uideris olorem setire. Si per te nescis balsamum uerum  
a mixto discernere ueni ad prophetas ueni ad filios propheta  
tarum apostolos; qui te mixturas differentias doceant qua  
in olla mors sit. Talis Paulus qui dicere ausus est: Non igno  
ramus astutias eius. Si non sufficit manus tua ut purum ha  
beat balsamum: sancti te doceant quomodo misceas. Attulit  
Nichodemus mixturam myrrae et aloes quasi libras cen  
tum: et Marie emerunt unguenta. Sed Maria domini ma  
ter unguenta tam comparat q̄ spirat que unctum oleo leti  
tie ipsum parturiuit christum. Tāquam balsamum inquit  
non mixtum odor meus. Si mixture rationem ignoras: ue  
ni ad doctores ecclesie ad eos qui columnē quedam sūt et fir  
mamentum ueritatis: columnē argenteē domini fercula et  
sacri dispensatores eloquii: ab iis disce quomodo cogitas  
que domini sūt et quomodo sollicita sis non nisi ut tibi pla  
ceas: tunc et tu columnas habebis in te argenteas si utriusq;  
testamenti fueris suffulta scientia. Ideo et hic post libani li  
gna columnas subtexit argenteas sermo diuinus: ut habeas  
misterium fidei in conscientia pura. Misterium fidei quam  
sacrum tibi preparabit eloquium: eloquium argenteum: et  
ut euangelicis et apostolicis subnixa preceptis illa medite  
ris illa conserues et conferas ī corde tuo: nec patiaris inerti  
situ coherere et oblectari: et oblectationis erugine denigra  
ti diuini uerbi argentum. Sed non possumus nunc in sermo  
nem hodiernum has inserere columnas. Hunc enim tracta  
tum libani preoccupauerunt ligna: et in eorum odore Ion  
gius q̄ putabam noster sermo excurrit suavitate illectus ma  
terie. Tibi domine hunc commendō libanum: libanū egre  
gium: hunc chorū virgineum: sacrum cetum feminaz.  
Tu custodi ut nō succidat: sed sua illi seruet integritas: ser  
uet castitatis cador: q̄a libanus candorem sonat: seruet pu  
ritas metis: ut sancte sint et corpore et spū. Custodi libanū

hunc: cuius ligna in ferculi tui dedicasti materiam: Procul ab illo sit prophetica comminatio. Aperi libane portas tuas comedet ignis cedros tuas: porte iste claudatur aliis: soli aperiantur tibi. Tu illi clavis sis et claustrum: tu signa et resigna: ut nec signaculum nec clavem preter te recipiat christe iesu qui es benedictus in secula seculorum. Amen:

## SERMO DECIMVSSEPTIMVS

**I**gnis libani incorruptio carnis: et munditie nobis est candor expressus. Bona quidem est castitas: sed quod non ex fide peccatum peccatum est. Fide dicit scriptura purificans corda eorum. Non enim sola carnis continentia castitas censetur. Cordis multo magis est estimanda puritate. Iam uos inquit iesus mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Bonus fidei sermo qui mandat: et ideo in hoc ferculi cultu post ligna libani columnas producit argenteas: et uirginalis mentem munditie ad sacrifici prouocat meditationem eloquii quod argento examinato confertur. Bone sunt in pectore uirginum erepte columnae: si sacre fuerint scripture suffulte: et cognitione fideli: et recogitatione frequenti. Bonus libanus es si mundum cor habes: mundum a cogitatione fedae: et a cogitatione infideli. Magna feditalis spiritus fidei corruptela: qd si sana fuerit in te firma forma fidei iam unam habes columnam. Noli tantum esse hac contenta: adiunge et alteram: meditare in lege domini die ac nocte. Infidelitatem et fornicationem puta: si mens tua uel modicum a fidei recogitatione declinet. Bone columnae sunt diuine notitia et memoria legis: recta crudelitas et recordatio fidei. Columna es si fueris in fide firma. Argentea si diuini fueris usu istructa sermonis. Rectum est inquit uerbum domini et omnia opera eius in fide. Bonae columnae si fides et uerbum fidei: uerbum hoc prope sit in corde tuo: nam in ore prope est: prope sit et perpetuum

ibi sit. Ex abundantia cordis sermo erumpit. Septies inquit propheta laudem dixi tibi. Vos sacre uirgines dicite semper. Septies quidem dicite laudem propter horas solennes; semper autem cantantes et psalentes i cordibus uestris. Argentea sint lingue uestre/ argentea sunt/ si de sacra chris tum pagina sonant: non mittatur massa plumbea in os uestrum. Plumbeum os est quod nil subtile loquitur/ nil acutum nil de supernis/ sed totum remissum est/ totum hebes/ totum de imis fortasse et deinceps: Nam iniuitas sedet in talero plumbi/ homo ille euangelicus peregre proficiscens non talia seruif suis talenta distribuit. Nolite de talibus negotiari talentis; in thesauris uestris huiusmodi non inneniatur. Paulo dicenti intendite. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat/ sed qui bonus est ad edificationem fidei. Ad edificationem inquit/ non ad euersionem fidei. Ferreum os est quod fidem euertit/ quod sanctam subruit conuersationem/ quod instrumentum est belli/ seminarium litis/ quod murmur et amaritudinem sonat. Bestia talis in daniele desribitur. Dentes et ungues ferreos habens/ comedens et consumiens omnia: Nulla inter ouiculas imo inter amicas domini bestia talis reperiatur. In hoc grege uirgineo nulla uirulenta nulla uiolenta sit/ nullus in hoc paradyso serpentis sibilus sonet. Virgineum os uirulenta uerba non deceat. Quid est prauis polluta uerbis in osculum sponsi labia porrigit? Candor ipse lucis eterne: et nihil inquinatum attingit illum: Memento os tuum celestibus osculis et oraculis consumcratum. Sacrilegium puta si quid non dulce/ non dei mei non de sancta pagina sonet. Bucinate inquit in neomenia tuba in insigne die solennitatis uestre. Omnis dies nobis sole nis debet esse: semper neomenia/ semper sabbatum. Ideo os uestrum quasi tuba sit ductilis. Tuba argentea: tuba que non lites/ sed letitiam sonet/ sed solennitatem/ sed cantica spiritualia. Nescio quomodo de columnis argenteis ad tubas nostra defluxit oratio: nisi q[ua] optima columna est in

domo domini qui tale os portat. Eona columnna est / in quo  
fessi sustentantur. Habes in Isaia. Dominus dedit mihi lin-  
guam eruditam / ut sciam eum qui lapsus est sustentare uer-  
bo: Erudita plane lingua Christi Iesu annuntiantis pacem:  
predicantis bonum: lingua placabilis lignum uite: coluna  
et firmamentum ueritatis. Et tu uirgo in hoc sponsi ymagi-  
nem porta / ut habeas linguam eruditam / linguam placabi-  
lem non erroneam / non uagam / non labilem ad ociosa: sed  
que loquatur iudicium / que uerbum solatii proferat: que co-  
lumna quedam sit et firmamentum ad edificationem fidei  
tue uel alienae. Prope sit uerbum fidei in ore tuo et in corde  
tuo. Vis columnam audire argenteam? Lex iquit dei eius  
in corde ipsius. Ecce argentum: et non supplantabunt gres-  
sus eius. Ecce columna. Iure columna: que subuerti no po-  
test: Verbo domini celi firmati sunt / inquit psalmus. Hoc  
uerbo confirmetur cor uirginis / ut celum sit / ut sedes dei/  
ut reclinatorium possit aureum fieri. In argento fidei ratio-  
nem et scientiam accipite. In auro intelligentie et ueritatis  
fulgorem. Reclinatorium hoc aureum super huiusmodi co-  
lunas iponit: Nisi enim credideritis no intelligetis. Fidei eru-  
ditio ad intelligentie puritate gradum prestat. Fundamento huic  
contemplationis innititur gratia: dum in sermone dei me-  
ditaris fideliter / et per patientiam et consolationem scrip-  
ture ad spem te supernam erigis: columnam te exhibes; re-  
clinatorium aureum tunc exurgis: quom nuda tibi sine ser-  
monis inuolucro raptim icipit corruscare ueritas: Sed iam  
perfectus ordinem intuere: et prouectum quendam de liba-  
ni lignis ad columnas argenteas / et aurum reclinatorium.  
In libano cordis munditia / in argento diuine legis notitia.  
In auro sine sermonis ministerio mysteria sacra resplendet.  
In primo mentis oculum purgas. In secundo prospicis. per  
spicis autem in tertio. Vel si mauis ita dici / mundaris spe-  
cularis: meditaris. Confessio / inquit et pulchritudo in con-  
spectu eius. In libano pulchritudo / in argento confessio / in

auro

59

auro diuine conspectus presentie tibi commendatur. Qd' magna est confessionis et pulchritudinis hec gratia: que in conspectu tante maiestatis admittitur. Vis alibi in psalmo audiire hanc distinctionem. Cor inquit mundum creare in me deus/ et spiritum rectum innova in uisceribus meis. Ne proacci as me a facie tua. Vide quomodo abyssus abyssum iuocat: quomodo diuersa scripture capitula sibi coniiciunt: primu ad libani candorem refert. Beati enim mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Secundum ad argenti columnas: rectum est enim uerbum domini. Tertium ad aureum reclinatorium: ubi domini facies sine uelamento sincere uidebit: et in auro rutilat maiestas regia: hoc est purgatum instrumentum et ut sic dicā prescriptum spiritum sibi postulat dari. In libano purgatur: in argeuto instruitur: in auro prestrin gitur. Prestrigitur enim uere in contēplando quelibet purgatō mentis acies: et corruscationes intime lucis ad modicum sustinet. Hos prospectuum gradus relege: tu que speculationis aspiras ad gratiam: nihil in te fedum/ nihil infidele resideat/ ut nuda tibi possit fulgurare ueritas. Primo emundare/ secundo exercitare: tertio intuere. Emundare a lege carnali/ exercitare in lege fidei/ intuere et perspicere in lege perfecte libertatis/ in lege spirituali. Vbi enim spiritus domini/ ibi libertas. In lege que littere uelamie caret/ in qua nec errori/ nec ignorātie nec enigmatis locus ē. Error ubi ē seducit. Ignorātia ubi ē nō ducit: enigma ubi ē et si ducit nō tamē pducit. Quis ibi erret in reclinatoriū enī ē/ et quae ex uotoꝝ finis. Quis ignoret? Aurum enim ē et rutilat ad lucem. Quod tibi enigma. Votorum finis et serena ueritas/ enigmatum figurās nō recipit. Ibi nihil falsum/ nihil occultatum/ nihil figuratum aurum est/ et fulget: reclinatoriū ē/ et souet: dulcis fomes/ sed hora fugax. Et fulgor iste fulguri comparatur. In momento fit: in ictu oculi: in noctissima tuba. Nōutissima tuba est/ quando non iam in pa/

gina sed i ipsa presētia īnotescit: quādo q̄s efficit docibylis  
dei, quando post apostolorum et prophetarum sermones no  
uissime in se ipso dei filius patris uerbum loquitur. Tuba  
hec nescit incertum sonum dare: non sonat nisi ad solenni  
tatem: nisi in Neomenia tuba: in insigni die solennitatis  
uestre. Vere īsignis dies ubi diuina maiestas se manifestat:  
nihil insignius: sed nil subcinctius. Diem dixi: hora est.  
Hora uere insignis et uere solēnis. Eructa tu nobis Iesu bo  
ne eterni illius diei horas aliquas: diem illum statim effi  
cies: ubi tue lucis uerbum erucas: qui dies es eternus. Ful  
gura nobis corruscationes tales: fulgur efficitur: cui tu ful  
guras. Similem tibi reddis si quem irradias. Similes inquit  
ei erimus: quom aperuerit montes quos tali radio tangit nō  
sumigant: sed fulgurant. Aurei fiunt: tuum quibus aurum  
refulget. Caput tuum aurum optimum. Reclinatorium au  
rum non inuenit: sed redit ubi se reclinat. Iam non est illud  
de euangelio dicere. Filius hominis non habet ubi caput re  
clinat. Vides ne domine Iesu quot hic habes reclinatoria?  
Nūq̄ se maiestatis tue caput libētius inclinat: q̄ i uirginita  
tis aureo sinu. Respice uirginea pectora hec: pectora ua  
cantia tibi: in iis frequenter reclinas: et recumbis: let cubas  
in meridie: et aureo claritatis quodam sereno. Nō hic uul  
pes foueas habent nec nidificant uolucres celi. Solidius est  
reclinatorium hoc q̄ ut hic subdola ualeat uulpes infodere.  
Nullus dolositati relinquitur heretice locus: ubi serena ful  
gurat ueritas. Sublimius est quam ut hic aut subdola uul  
pes: uel superba uolucris accedere queat. Abscondita sunt  
a sapientibus et prudentibus: et reuelata sunt parvulis: qui  
humilem sectantur ascensum purpureum: et passionis chri  
sti uestigiis insistunt. Vere purpureus ascensus quem chri  
sti signauit crux: et passionis eius colorauit fides. Sed il  
lud attendendum: quomodo immo quam congruo modo si  
bi concinunt columne argenteae: et ascensus purpureus. In

illis sapis fideliter / in isto sentis humiliter. In illis medita  
tio / in isto imitatio. Non enim in sermone tantum est re/  
gnum dei : sed in uirtute. Quid tu illic dicis / qui humilia  
tionem seruitutem putas ? Seruiliis non est / quam regalis  
nobilitat purpura. Ornamentum est etenim purpura regi/  
um. Hos si tu uel dedianaris / uel horres gradus : respice  
quod purpurei sunt . Humilitas suscepta pro Christo regi  
am prefert dignitatem . Tu ergo sponsa Christii candido  
preme pede gradus purpureos . Nobilis est semita / quam  
dilectus tuus prior icescit. Quam pulchri sunt eteni gradus  
purpurei / quos pede sacro Christus prior signauit : Pedi/  
bus illis quibus nullus puluis adhesit : pedibus niueis cruo  
re signauit uestigio / et tu ardenter uestigia relege. Au  
fer calciamentum carneum de pedibus tuis . Sanctus  
enim ascensus est / quem tibi disponis . Nudo et expedi/  
to insiste uestigio gradibus istis . Purpuram hanc non con  
cili / sed Christi sanguis intinxit : hic tu pedem libenter po  
ne : ut pes tuus intinguatur in sanguine Christi . Non ueni  
at tibi pes superbie / si humilem secteris ascensum / qui spon  
si tui cruore sacro signatur . Huic tu non modo pedem sed  
etiam manum et caput intingue : et tota purpurea / tota re/  
galis / et passione Christi tota nobilitate ascendas : Nam et  
si compateris / conregnas . Noli te seculi nobilitate caram  
reputare . Vilior eris si respexeris ad illam : si natales tuos  
sponso imputas . Si te pro seculi fastu preferas aliis : aut ali  
quid habere priuilegii putas . Contra humilitatem proposi  
ti de prosapia carnis euacuaris a gloria Christi . Si alia te  
nobilitari presumas . Hec tibi purpura sufficiat ad fastum :  
sufficiat ad ascensum sufficiat ad gloriam / et non glorieris  
nisi in cruce domini nostri Iesu Christi . Ascensus te pur/  
pureus te reclinatorium perducet ad aureum . Quoniam hu  
milibus et quietis debetur gratia : a sapiētibus autem et pru

dentibus absconditur reuelanda paruulis . Purpura hec ma-  
gnam quoddam est pignus amoris / quem tibi dilectus ex-  
hibuit . Vere magnum pignus amoris mortis passio . Maio-  
rem hac dilectionem nemo habet / ut animam suam ponat  
quis pro amicis suis . Tale prestigit / tale pignus repostulat  
passio tua / humiliatio tua . Qui pro te pertulit in memori-  
am tibi reducat : et quantum adamauit / pro qua se tan-  
tum humiliauit . Ama ergo tu illum qui prius et plus dile-  
xit . Non exigunt hec tempora : ut sanguinem effundas . Ef-  
funde animam tuam : effunde sicut aqua cor tuum . Nam et  
si tradideris corpus tuum ita ut ardeat / charitatem non ha-  
beas quid tibi proderit ? Denique et ultimo loco quasi fi-  
nalis omnium clausula gratiarum ponitur charitas : et me-  
dia uelut ornamento quodam charitate constrata dicuntur  
propter filias hierusalem . Amen .

### SERMO DECIMVS OCTAVVS

**D**OVM aliquid uultis audire / sed ego nouum  
quid non habeo : nisi ut uos innouet amor . Man-  
datum hoc nouum do uobis : nihil uobis notius :  
et nihil est nouius . Nihil estis in isto rudes / et inexeritate  
negocio . Vestrum hoc proprium officium est . In amoris  
enim precipue munus estis dedicate . Denique et propter  
uos fercula Salomonis media charitate constrata dicuntur :  
Media inquit charitate constrauit propter filias hierusalem .  
Quodam quasi priuilegio hic sermo uobis delegauit usum  
amoris . Emulamini filie hierusalē carismata meliora : ma-  
gis aut ut ametis . Amor enī supeminet gratie : et i huiusmōi  
descriptione ferculi charitas reliquarū quasi ornamentum  
et clausula superponitur gratiarum plures in hoc ferculo

enumerantur gratie: sed charitate cumulatur omnes. Charitas cumulus est/charitas fundamentum. In charitate iquit radicati/et fundati: illa in primis/ illa in ultimis: illa inchoat charismatibus ceteris. ideo in medio colloca/tur quasi ornamentum quoddam commune: et totius clausa ferculi: et color purpureus/ et auri fulgor obscurior esset si non charitate uestiretur. Quanta eius est gratia: qui ipsum contemplationis aurum exornat: Ipsa media est et reliquarum quasi medulla gratiarum. Nulla tam est intima uirtus: nulla sic animus penetrat et perfundit: et archanos cordis implet recessus. Ipsiis animi medullis amor ibibit et secretis influit uenit. Media inquit charitate. Bene media que sic intima est. Plenitudo legis est charitas. Ideo lex uacuatur: si fuerit destituta charitate. Vitalis quedam uena legis est/ et reliqua charitas uirtutum. Cetere quasi in partem se contrahunt. illa omnis communis est gradui: siue mente excedas: siue sobrius sis: ubique charitas et necessarius et iucundus est usus. Reliquarum officia variantur gratiarum/ et uicibus alternantur: charitatis continuantur iura quodam iugi tenore: siue mete excedamus deo: siue sobrii simus/ urget uos charitas christi. In quid uos urget: In seipsum. Aliorum alia sunt officia. uestrum spetiale munus est amor. Improbis sui provocator est amor et dulcem agit in patientes tyrannidem. Amor seipsum in prouectus spargit ubiores. Emulamini filie hierusalem charismata meliora: magis autem ut ametis. Emulatio uos hec semper amplius urgeat. Mandatum hoc uobis semper sit nouum: et nouum est nisi in uestro dulcis iesus ueterauerit affectu. Utinam semper in uobis ille recens sit: nec mora temporis aliquid imminuat gratie. Utique recens in uobis uester iesus est. Ipse semper recens deus alienus. Vere recens inquam semper anxiq; inhibantis amore. Denique id solum habetis in uotis/ ut uobis semper amplius pla

ceat. quantum placet qui satis placere non potest? Nulla magis uos ratione placere potestis: q̄ si uobis placeat ipse Animū uult: aliud nō querit. Solus sufficit: si tamē totus īpēdit. Satis ē p̄ uiribus tuis: sed parū ē pro eius meritis. Si te tibi conferas/ et tua metiaris ex regula sufficit. Sed si de te: nil tibi reliq̄. Si aut̄ ex ipsius te regula metiaris/ et uelut in libra colloces. quid tu momenti aduersus illū te nebis? Si infra uires tuas amor se cohibet / et contrahit ini quis est: si iuxta uires tuas exiguum. Quid ergo? supra ui res cassio te extendes conatu? Quid ni: amor non capit de impossibilitate remedium. Nulla satis magna sūt amoris officia; ubi tamen ipse non intepuit amor: quomodo erit in suo parcus/ qui in alieno fidelis existit? Quomodo erit in officiis propensus/ in seipso parcus? Amor seipso nihil impendit libentius: nihil uberior potest. Que maior uber ras/ q̄ ubi nihil decerpitur. Amor exestuat/ seipsum nō capi: superfluit sibi: immensitatem emulatur: dum metam nescit affectui ponere. Oleum est quod stare nescit/ nisi cū uasculum defit: nisi q̄ nec tunc nouit compesci. Musti prefert amor insigne/ quod nativitatis sue feruore quodam et uelut etatis lasciuia excrescit / et superfluit / capi nesciens/ et nouo semper amore ex feruescit et fermentatur affetu. Amor infirmitatem non causatur/ sed magis accusat. Amori nihil satis est/ nihil minus seipso. Amor seipso sati ari non potest: et tamen nisi seipso pasci non potest. ipse si bi dulce satis est pabulum. Amor nil magis uult q̄ amare Quām dabit homo commutationem pro amore? quam dabit/ uel quam accipiet? Nihil gratius amore impendit nihil dulcior sentitur. Amor et dulciter optat: et dulciter utitur: dulciter deliciatur/ et dulciter dolet. Vere dulcis amor: et solus dulcis amor: et omnis dulcis amor. sed non est amor ad amorem christi Super omnem pulchritudinem pulcrirudo est: super omnem pulchritudinem inquit dile

xi sapientiam. Quomodo non decorus : qui candor est lu  
 cis eterne. Frater mi ionatha quamamabilis es / et decorus  
 ualde & Volebam iesum dicere / sed de consuetudine iona  
 the produxi uocabulum / et tamen gratus error : qui gratia  
 expressit. Error in nomine / sed in re nominis huius est ser  
 uata proprietas. Ionathas columbe est donum / illum sig  
 nificans qui spiritualis gratie est plenus / puerum qui da  
 tus est nobis . siue ionatham / siue iesum dicam / iesum intel  
 ligo : Quamamabilis es frater mi ionatha / et decorus  
 ualde & Presumptionem putatis q̄ fratrem eum dico . uer  
 ba hec non meam temeritatem / sed eius charitatem sonant  
 Presumptio fuerit / si non ipse iesus mihi indulserit ausum  
 Deniq̄ et ipse cognitionis huius / et assumpsit habitum : et  
 exhibuit effectum : et iuxta apostolum : Non confunditur  
 nos fratres uocare . si non confunditur : cur non et tu confi  
 denter dicas . Frater mi ionatha . Aut si domestico magis  
 uis uti uocabulo . frater mi iesu amabilis es et decorus ual  
 de . Amabilis es super amorem mulierum . Anxio et uehe  
 menti affectu . Vesta sancte mulieres in christum inarde  
 scunt uota : sed ipse multo magis est amabilis quā amatur  
 a uobis . Emulamini ergo charismata meliora : magis autē  
 ut ametis . Enumerat ligna libani / columnas argenteas / re  
 clinatorium aureum / ascensum purpureum : ad ultimum  
 charitate cumulās omnia . Quid ni Adhuc inquit paulus  
 excellentiorem uobis uiam demonstro . Bone sunt etenim  
 columne : et sacri magna quidem est eloquii gratia . Sed si  
 linguis hominum loquar et angelorum : charitatem autem  
 non habeam : factus sum ut cymbalum tiniens / uocis inane  
 dans sonitum / sine sensu charitatis . Reclinatorii aurei in  
 gens est gloria / per quod tibi mysteriorum archana signan  
 tur . Sed quid si nouerim mysteria omnia / et omnem scienc  
 tiā : charitatem autem nō habuero nihil sum . Per gradus  
 ascendis purpureos et passionis christi te gaudes habere

insignia. Sed si tradidero corpus meum / ut ardeam: chari  
tatem autem non habuero/ nihil mihi prodest/ inquit apo  
stolus. Charitas non inflatur: non est ambitiosa: non que  
rit que sua sunt: medio gaudet . et quasi in cōmuni sua bo  
na prostituit. Media enim charitate constraint. Non infla  
tur inquit/ non est ambitiosa . Non enim charitas bonum  
singulare: aut si habet/ amat: aut si non habet/ optat. non  
vult aliis precellere: sed nec ipsum magis habere bonum.  
Multi meritorum suorum infirma cognoscunt . Ideoq; de  
se magnum nibil sentientes: nō inflantur isti/ sed forte am  
biunt: unde inflentur/ non habent: sed inflate satis optant  
ut habeant. Priuatam et hi amant excellentiam : dum aut  
concupiscunt ut sit: aut contabescunt / q; esse non possit.  
Charitas uero cum inuidia contabescente iter non habet:  
non querit quod suum est: et quomodo poterit quod suum  
est decerpere ? Quid et tu iuidia alienum uis corrumpere  
bonum ? Nunquid adiicies quod ab alieno decerpis ? ita  
forsitan: sed si corporalis aliquid pecunie subtrahas. Non  
ergo in claustralibus rapacitatis huius uitium uereor. Est  
subtilius quoddam rapacitatis inuidie genus. Quid enim  
Rapacitatem nō putas/ si pecunie parcis/ famam decerpis  
Non concupiscis possessionem: et laceras opinionē. Quid  
tibi emolumenti aliena diminutio confert: aliena si corro  
dis bona ? Quid tibi inde accrescit ? Evidenti forsitan ueri  
tate alienae uirtutis conteruntur in ore tuo dentes. quos ad  
derogandum paraueras. Non audes corrodere: non tamen  
potes collaudare. Iam alienum bonum uerbo non carpis.  
Nunquid ideo non rapis ? Quomodo non rapacitas : ubi  
euidēs bonum débito defraudas testimonio: et ueram alte  
rius gloriam. et si mendacio non corrumpis: silentio tamē  
supprimis ? Vis audire in sola etiam estimatione rapacita  
tem esse ? Nō rapinam inquit apostolus arbitratus est esse

se equalem deo . In inuidam animam non potest intrare estimatio bona de bonis alienis . Non uult enim intelligere q̄ alius bene agat: et si palam non audet : penes se tamen uel dissimulat / uel attenuat alterius merita . Ut quid istud: nisi q̄ liuor:dum priuatam semper excellentiam cogitat / alienam obscurat ? Charitas autem non cogitat malum non gaudet super iniuitate . et ut sic dicam : super in equalitate/congaudet autem ueritati . Priuatum autem nō cogitat: medio quodam et communi letatur : que sua sunt non querit/sed que christi iesu . Eius in oībus gloriam / uel amat / uel optat . Communis est christus . mediator enim est: et ideo eius non sunt : que media non sunt : sed in parte se restringunt . Quid tu liuore christum uis in partem contrahere ? Auaram uis esse gratiam spiritus : cuius circa te solum optas beneficia restringi . Sine ut excrescat / et exuberet / et effūdat se sup oēm carnē spiritus domini: et replete orbem terrarum . Noli communem omnibus beneficentiam intra cordis tui angustias īcarcerare . Diues est enim in omnes: et tu minuere tentas affluentiam gratie/ et im mensitatem redigere ad minutias ? Emuli cordis auaras designatur christus angustias . Nescit emulatōne tua eius bonitas detineri . Proflua est: non tibi soli/sed uicinis: etiam se uasis eius oleum infundit . Fac ut illa mutuo tua sint . Erunt autem / si communi fueris bono letatus : alioquin et anime tue oleum euacuas : et illis nihilominus tamē infunditur mediator christus . et ideo que sua sunt media uult esse . In hoc inquit cognoscent omnes : quia mei estis discipuli/si dilectionem habueritis ad inuicem . Vi des quomodo charitas speciale quoddā est insigne discipulatus christi et doctrine eius singulare indicium . Ideo hic in ultimo loco quasi ornatus quidē alias inducit gratiarū Media inquit charitate constraintus : O q̄ molle est stratum

charitatis : proximi charitas liuiore : charitas christi timo  
re caret : nihil habet penale hec charitas : timor penam ha  
bet . ideo non est in charitate timor , sed perfecta charitas  
foras mittit timorem . Quid enim timebit charitas ueteres  
offensas ? sed charitas operit multitudinem peccatorum . In  
firmitatis proprie conscientia timebit ne decidat . sed fortis  
est , ut mors dilectio . Vt rurq; metum charitas foras mit  
tit . sed perfecta charitas temporales pro christo timebit  
molestias ? Sed ne quidem eterne si fuerint : defatigari et e  
uanescere poterit consummata dilectio . Non potest semel  
auista cognitione tante non delectari dulcedinis . nō ideo  
amat charitas ne pereat ; sed mauult foris penaliter in eter  
num perire q; usu amoris eterni priuari . si enim dederit ho  
mo omnem substantiam pro charitate / quasi nihil despici  
et eam . Vere hoc molle stratum : in quo etiam inter iniuri  
as tam suauiter q; sancte quiescit . Da mihi iesu bone : ut  
super stratum hoc / memor sim tui : et mediter in te in ma  
tutinis . Dulcis plane memoria quam amor inducit . grata  
meditatio quam suggestit charitas . Nihil enim est quod  
non iam dulciter / et grate de christo cogitetur . Amor pro  
ximi compassionem habet / et quandam nimis suauem gu  
stum : dum gementibus norit condolere . Christus in quo  
doles : et si crucifixus est / ex infirmitate / si uiuit ex uirtu  
te dei : non condolendi / sed congaudendi in se nobis undi  
q; meritum prestat . Totus desiderabilis / et concupiscen  
tia torus : et quasi charitate constratus . Quid enim uide  
bis in christo : quod non eius nobis et charitatem exhibeat  
et nostram exigat ? Totus nobis est charitatis illecebra / in  
citamentum amoris . Nullū in se meticuloſo reliquit locū  
affectui : totus amari uult : q; totus meret amari . Noli uir  
go ad tormenta respicere : cui tāta pposita sūt oblectamēta ī  
ſpōſo . otiosus dēt eē timor / ubi tot iſignia relucēt amoris  
Dedignatur charitas timoris commercium / cogi nesciens

que nequit compesci . ideo charitas perfecta foras mittit timorem / uelut inutilem et superuacuum : sed non timorem illum / qui castus permanet in seculum seculi . Tertius er castus / et permanens , primus ueretur penam : secundus offendam , tertius totus libera quedam / et secura reuerentia est . Et primus quidem timet offendam / sed propter penam secundus offendam / sed propter ipsam . et quidem iniuria quedam iusticie est : si metu penarum in gratiam ueniat . satis ipsa per se meriti obtinet / ut hominum in se studia provocet et conciliat affectus . Hunc ergo timorem charitas perfecta excludit . quomodo enim perfecta charitas : que timoris stimulo indiget ad cultum iusticie . Perfecta dilectio mentem in solido possider . omnia soli sibi iusticie munera deputari uolens . frigidus timor est / et pigre incedit . satis habens tantum / impune euadere . Amor fastidium nescit / feruidus est / et in anteriora extensus / metus contracterior necessitate tantum iusticie subit officia . Amor perfectus soli quod agit debet iusticie : nihil in ea iuris relinquens timori . quid nisi An non satis in se obtinet meriti ad oē bonū opus iusticia Christus enim nobis factus est iustitia : quid ergo christus non satis in se haber dotis ad placēdum . Alieno ergo et ipse ut placeat indiget adiumento : si non eius obtentu solius obtemperatur ipsi : quomodo erit eius perfecta dilectio . Diligam te bone iesu : diligam te uirtus mea : quem non possum gratis diligere . Dirigantur in te ex integro studia mea : nec alieno deducantur / et distractantur affectu : et quod exigua sunt : et quom integra sunt in te studia nostra . quomodo ergo diminuam quod quum integrum est : tam exile est . Totus in te deus bone ex desiderio ferar : trahe me tu in te ipsum : ut nullo indigeam timoris impulsu : sed perfecta charitas usum eius excludat Quid igitur : non sunt metuenda eterna supplicia ? Metuenda plane sunt et cauenda . Nemo enim carnem suam

odio habuit: sed vehementior christi dilectio: motu timoris non eget in affectum iusticie. Amor iste nihil tam ueretur: quantum offendam, sed propter offendam non propter penam. At istud quidem quandiu in incerto humane res fluctuant: et non est tuta laus hominis in uita ipsius. At quom ad ueritatem post uitam fuerit introductus: huiusmodi de reliquo metus cessabit: timori tertio faciens locū/ qui prioribus quidem succedat/ sed nulli cedat: per manet enim in seculum seculi. Primus ergo timor metuit ne temeritatis offensa luat. secundus ne infirmitate offendat. tertius quod metuat non habet. Quid enim metuat completa felicitas/ et consumata charitas. Timor hic de planario oritur charitatis. nō audeo dicere q̄ charitas est: nec tamen audeo negare'. Quid enim nisi amor esse conatur: qui iam nescit affectum timoris? Quomodo nō amor qui iam pene timor esse desiit? Qua nam enim ratione timor nil metuens timorem illum: tam tutum nomine impartiretur amoris/ nisi q̄ deus ipse ibi quidem amat nos. non tamen timori in tanta maiestate permittitur locus/ sed in omnibus. quomodo a charitate timor ille seperabitur. et quid aliud est ibi timere: nisi non tumere aduersus dominū maiestatis. quid est timor ille nisi uotiuā subiectio: obedientia non casta/ ultro impensa reuerentia. Quomodo timor qui offendere non timet. non enim ualet. Sed iterum quomodo non timor/ qui offendere non audet. Et timor ergo non uidetur: quia nihil uel peccati/ uel periculi metuit. et timor inquit/ quia nihil audacter uel temere presumit. qd est timor ille nisi reuerentia humili ex debiti necessitate impensa/ necessitate nil passa. Est enim obsequendi necessitas iure conditionis: sed necessitatē ignorat libertas dilectionis. quid est timor ille nisi temeritatis et negligētie magis priuatio/ q̄ necessitatis coactio. Vides quantum timor iste approximat ad charitatem. Pene illa est: sed pene

non est. Causa distat: pars est affectu. Queris qua causa est  
Inferioris conditionis respectu obsequendi ad omnem motum tante maiestati. Incumbit tibi iusta necessitas: Sed ad causam istam charitas non respectat. Dei ad maiestatis admirationem rapitur / non conditionis. Ergo rationem quam timor respicit: charitas nescit/ causis preuenta potioribus. Causis ergo distant timor et amor/ obsequio et affectu libero cognati. Primus ergo timor metuit puniri: secundus priuari: Tertius neutrum. Primum illud perfecta charitas exterminat. Secundum ad tempus tolerat. Tertiū sibi diuise collaterat. Hunc uos filie hierusalem timorem captate. Primum cauete illum quem charitas foris mittit. Media inquit charitate constrainta. Vbi media dicit totum dat intelligi. Et uestri cordis medium charitas consternat: charitas uestiar. Vestis hec est et ornamentum nuptiale. Que si a nupciali exigitur coniuua: quanto magis a nupta: Sola preoccupare et possidere uult omnes mentis uestre recessus: Nolite illos degeneri et alieno domum nuncicare affectui. Molle quidem et delicatum est stratum charitatis. Molesto ne ad modicum quidem uult metu contristari/ propter filias inquit hierusalem/ luere quidem: pax enim multa diligentibus legem tuam. Si quis de indulta dominatur gratia quanto magis et uos. Nam et si contristat spiritualium bonorum magnas esse diuitias: sed charitas supergressa est uniuersa. Non modo supergressa: sed etiam complexa: et dulcis et diuina est charitas. Denique sicut habet psalmus. Inter medios uirtutum clericos: et in spiritualium communione gratiarum super stratum dormitur charitatis. Charitas quasi media omnibus communicat: et quasi melior omnes cumulat uirtutes. Emulamini ergo filie hierusalem carismata meliora: ma

gis autem ut charitatem habeatis: et abundantius habeatis:  
tote in affectu amoris transite. Totus enim amabilis est di:  
lectus noster Iesus Christus. Qui uiuit et regnat in secula  
seculorum: Amen.

## SERMO DECIMVS NONVS

**H**Udistis quomodo iuitate sunt filie syon: Sed  
unde iubentur egredi nōdum audistis. Id enim  
est quod non exprimit littera. Vnde ergo: Nū  
quid de syon: Sed uidebis deus deorum i syon.  
Non ergo de syon eas uocat, quas ad uidendum deum uo/  
cat. At forte non ad uisionem dei, sed ad uidendum Salo/  
monem in diademate quo coronauit eum mater sua. Ideoq;  
nihil obstat: si filias syon egredi iubeat de syon. Sed nun/  
quid non homo ille natus est in syon: Ergo si de syou euo/  
cantur, non tamen uocantur nisi ad syon. Nec enim di/  
gnum aut consentaneum uidetur, ut filie syon egrēdiāntur  
de ea presentim ad uidendum ipsum, cuius habitatio i syon  
ut qui natus est in ea. Memini disertum et eruditum quen/  
dam uirum quom super hoc disputaret loco dixisse. Male  
locate uidentur que iubentur egrēdi. Satis commode pro/  
tempore dixit: ad audientiam proposuerat utilitatem de/  
flectens. Mibi tamen minus bene locate uidentur, ad quas  
presentis uerbi hortatus intenditur. Vbi queris: In recl  
inatorio aureo, de quo p̄cessit sermo hesternus. Delectabi/  
lis ille locus ē et uberior ad letitiā; q̄ humana queat affe/  
ctio capere. Delectationis nimetas se ipsā exhaustis, et ebi/  
bit animū uolūtas extundās. Vicibus alternat hōc gaudiū:  
nec pōt esse continuū, quod ē nimiū. Bone tamen uices ubi  
nō disceditur a sponso. Non datur in carne cōmoranti here/  
ditate possidere reclinatorium aureum. Ideo iubentur egrē

di filie syon. sed quomodo dicat ne longius abeat. Egre  
 dimini inquit et uidete regem Salomonem in diadema /  
 te quo coranauit eū mater sua. Nō uult eas a Christo disce  
 dere siue mente excedant siue sobrie fiant. Bona sobrietas  
 simplicitas fidei / quam intuentum possit aspectus ferre: et  
 quia possit foueri. Felix qui hoc gradu quom descendit ex/  
 cipitur: et quom ascendit incipit. Ascendentibus enim hic  
 speculationis locus primus occurrit. Bona enim speculatio  
 nis emulario: sed scientia necessaria est. Reclinatorium ad  
 illud aureum succenderis / et succingeris / locum uere specu  
 latorium: studium probo: sed expecta: ut componam tibi  
 gressum et gradum ponam. Specula est et specula uere sub  
 limis: specula omnis terrene exaltationis supergressa nebū  
 las. Inassuetus quid illuc saltum paraf: Manibus sicut scri  
 ptum est nitere: ut assuescas morari in ede regis Salomo/  
 nis. Interim repe donec rapiaris. Non enim saltus sed ascē  
 siones inquit psalmus dispositus ī corde suo. Erit autē qnan  
 do ascensio in saltum: magis uero in assumptionem conuer  
 terur. Que sunt autem iste ascensiones: nisi quedam mentis  
 purgationes? Ideo in ualle lachrymarum / quoniam delicta  
 que plorantur purgātur. Felix qui satis lauit lectulum cor  
 dis: qui sufficiēter plorauit / cuius completa est tristitia: cu  
 ius ad cor cōsolationes inspiratio loquitur diuina / et de cō  
 ualle plorationis euocat / cuius a furore iudicis non turbat  
 oculus: ut uidere ualeat regem Salomonem trāquillo aspe  
 ctu in die letitie cordis eius: Egredimini filie syon / et uide  
 te regem Salomonem. Illi enim habentur digni hac leta ui  
 sione qui se quadam penitentie lege concluserint: et disci/  
 pline coarctauerint custodia: quorum renuit anima conso/  
 lari. Vis nosce q̄ bona sit cōclusio? Ortus cōclusus fons si  
 gnatus. Surge ppera amica mea et ueni. Vides iā quō ille  
 iurat: et amicā uocat que se ipsā ocludere nouit. Qd̄ si co  
 cluse estis nolite egredi donec christus uos iuitat. Egressa ē  
 enī lu V

Dina non educta / et egressa est : non ut regem Salomonem  
sed ut mulieres uideret regionis illius . Quid inuenit  
uos nostis . Vos egredi nolite / nisi quando uos aut sponsus  
aut sponsi inuitant sodales . Egressus est Lazarus quom il-  
lum dominus euocaret ad uitam . Egressus est Noe de ea  
que ipsum inter huius mundi fluctus illesum archa conclu-  
sit : sed igitur est quom ei reclusit hostia dominus . Egres-  
sus habraam de terra sua / ut reprobationis terram uideret :  
sed uocatus egreditur . Et uos egredimini filie syon / iniui-  
tate ad felicioris gratiam uisionis . Conclusus est et conclu-  
sus misere / qui beatam ad hanc uisionem egredi nec nititur /  
nec meretur : sed uilis conclusio / egressio libera . Denique  
quom fueris inquit conuersus ad dominum auferetur uela-  
men : uelamen ignorantie et ignobilitatis / dominus enim spi-  
ritus est . Vbi spiritus domini ibi libertas / ubi maior abundan-  
tia spiritus / ueritas uerior . Quod concluditur et iuol-  
uitur tenuem habet respirandi libertatem . Egredimini ergo  
filie syon / ut cum Paulo dicere possitis . Nos autem specu-  
lata facie gloriam dei speculantes / in eandem ymaginem tra-  
formamur . Visio dei quodam est cum effectu semper acci-  
pienda . Et uere efficax est et uiolenta uisio tua bone Iesu :  
que intuentum in se rapit affectus . Non ne dulcem quan-  
dam desiderijs sui passus est uiolentiam Moyses / ut transi-  
ret et uideret uisionem illam magnam ? Vis accipere q̄ sit  
efficax ? Quom exaltatus fuero a terra / omnia trahā ad me  
ipsum . Quid uero quom humiliatus fueris ad terram / non  
ne omnium ad te trahis animos ? Ego bone Iesu resurrectio-  
nis tue non expecto gloriam : nec admirationem meam ascen-  
dens in celū reseruo potentie : sed statim i initio annuntia-  
tionis uel natiuitatis tue uoces angelice autres meas precel-  
lunt : et rumor nouus stupefacit me : et ad se rapit insueta  
lux exorta in tenebris Nuda uisio / et que se i affectus cōdi-  
gnos nō trāffert : Ignorantie et cecitati non cōnumbratur .

Vultis

Vultis uisionem fructuosam accipere ? Viderūt insule et timuerunt : et extrema terre obstupuerunt et accesserunt ait ysaia : Videtis quos uirtutum fructus dei uisio pariat ? Timorem : stuporem : amorem . Viderunt inquit et timuerunt : obstupuerūt et accesserunt . Viderunt te ad diligentiam : timuerunt ad reuerentiam : obstupuerunt ad nouitatem : accesserunt per conformatatem . Visio comprehendit : timor comprimit : suspendit stu-  
por : rapit et unit affectio . Illi enim accedunt qui emulatione ac-  
cenduntur : uidetis animum / timor humiliat : stupor quasi infa-  
tuat / amor conglutinat . Cassa uisio est : nec contemplationis di-  
gna uocabulo : que talibus non est uestita affectibus . An illum  
uidere diffinies / qui de misterii cognitione nō timeret / nec stupet  
nec ardet ? Timore sobrius sit animus / stupore absortus / acces-  
so consertus et consociatus . Huiusmodi uirtutibus contempla-  
tionis gratia constat . sed stupore magis et amore . Nam stu-  
pe et admiratione mens excedit : amore accedit : Nec extimanda  
est uirtus contemplationis : tam ex materia q̄ ex modo .  
Vtraq; attendenda sunt et genera rerum contemplandarum : et  
gradus affectuum . Sed satius inferiori genere amplius affici /  
q̄ in superiore minus . Visio hec ascondita est a sapientibus et  
prudentibus : et reuelata est paruulis . Ideo dicit extrema terre  
obstupuerunt et accesserunt . Quod humiles capere sufficiūt id  
magis solet afficere : et quandam sui admirationem et amorem  
importare . Cum exaltatus inquit fuero a terra / omnia traham  
ad me ipsum . Omnia que inde sunt bone iesu / quandam habent  
alliciendi efficaciam et cogitationes sollicitant in affectum .  
Sed ad omnia non possumus omnes attingere : Sublimia solis /  
sublimibus sunt : humilia oībus . Que maior humilitas / q̄ exal-  
tari in cruce ? Etiam de hoc ait . Cum exaltatus fuero a terra /  
omnia traham ad me ipsum . Efficax ad trahendum humilitas  
ista : Quid ni ? Quis non ad simplicem cogitatum huius rei stu-  
pore et extasi repleatur ? Cuius non affectum fides hec exhauri-  
at / et infatuat / et reddat insufficientem ? Facilis ad contemplā-  
dum locus / sed secundus ad gratiam . Simplicitas fidei huius

minus habet intelligentie : satis magnum et admirationis et a  
moris incitamentum habens : Accessibilis locus : sed excessus  
dulcissimos pariens. Nolite hunc contemplationis locum dedi-  
gnari : Non est difficultis ad recogitandum : et est diues ad glori-  
am. Mibi inquit Paulus absit gloriari : nisi in cruce domini nr̄i  
iesu christi . Et quid uultis audire ? Crux ipsa corona est glorie  
diadema regni. Deniq; in cruce triumphauit : expolians princi-  
patus et potestates et mundi principem eiecit foras . Gloriosa  
uisio triumphi ipsius. Egredimini filie sion : et uidete regē Sa-  
lomonem in diademe quo coronauit eum mater sua . Videte  
carnem quam humano sumpsit ex genere triumphantem in li-  
gno : et felix caro : quam sibi christus non quasi carnem sed qua-  
si coronam assumpsit / que fuit ornamento non honeri . Nos  
omnes in carne quasi in dominibus carcerum absconditi sumus :  
compediti et seruientes legi peccati. Infelix ego homo / quis me  
liberabit de corpore mortis huius ? Gratia inquit dei per iesum  
christum . Deus enim mittens filium suum in similitudinē car-  
nis peccati : de peccato damnauit peccatum in carne : Veritas  
carnis in christo : peccati pondus non sentiens : nobis omnibus  
de peccato uictricem palmarum aduexit . Bene quasi diadema ac-  
cipitur : corpus immaculatum / corpus triumphi / corpus hono-  
ris et glorie / corpus cuius cruore peccati delet cyrographum /  
iusticie et salutis signatur conscriptio : nuptialia sunt instrumē-  
ta confecta. Deniq; hic dies desponsationis quādo ueteres repu-  
dians ritus noua ecclesie sacramenta instituit / quando in perpe-  
tui matrimonii signum et copule nuptialis : de latere eius sanguini  
et aque mixtura profluxit . Hodie sinagoge dedit libellum  
repudii : et a priore odiosa ad posteriorem dilectam transiuit :  
A ueteri transiuit ad nouam : quam sibi ipse exhibuit gloriosā  
non habentem maculam aut rugam : aut aliquid huiusmodi.  
Nouitatis signum est quod ruga caret . Explicit christus litte-  
re rugas / et quod inerat nouitatis elicuit . Quid uultis uos sion  
et sinagoge filie rugas contrahere / quas christus explicit ? No-  
uis superuenientibus / quid ueteribus adhuc gloriamini ? Egre-

dimini filie sion de cauernis littere / de angustia et ignobili itel  
 ligentia. Egredim̄ et uidete regem Salomonem in diadema /  
 quo coronauit eum mater sua. Corona nobis est incarnatio quā  
 uos putatis cōtumeliam. Et uidete iam quō benedixit corone an  
 ni benignitatis sue / quō campi eius repleti sunt ubertate. Vide  
 te coronam uidete et copiā. Coronā uictorie / uirtutū copiam .  
 Vnde hoc nisi quia granū frumenti cadens in terram mortuum  
 fuit : Deniq; hec est uictoria que uincit mundū fides nrā . Et  
 ipsa credentium multitudo corona ē ornamentum christo : Eris  
 inquit corona glorie in manu dnī : et diadema regni i manu dei  
 tui. Nunq; hoc dictum uobis usurpatis : an nō p uos nomē dei  
 blasphemat. Egredim̄ filie sion et uidete q̄ gloriōsus sit deus in  
 scis suis : si forte uisio hec ad emulatiōem uos deducat : et de so  
 litudine uestra: ad ecclesie frequentia transire faciat: Et si deser  
 ta fuisti : sed nō uocaberis inquit ultra derelicta : et terra tua nō  
 uocabitur amplius desolata. Sed iam desistamus ad eos q̄ foris  
 sunt sermonem conferre. Ipsi potius uidere delectemur quō iā  
 pinguescunt speciosa deserti : quō credentium corona christus  
 in ecclesia cingit. Que ē spes nrā et corona glorie : non ne nos  
 āte deum : Si Paulus hic dicit : dnūs quia his oībus uelud orna  
 mento nescieris. Aduertistis quō credentium agmina ornamen  
 tum eē christi in ecclesia diffiniat. Quare non et corona sunt :  
 Sed corona hēt quandam insignem et illustrem pre ceteris orna  
 mentis dignitatē / quia cetera cū sint corporis / ista ē capitis . Et  
 tēporis ratio : ad eius aliquid cōmendationē affert. Solēnibus tan  
 tū usus eius est accommodatus feriis . Iam erectā uideo alacritatē  
 urām : iam ad uos huius uerbi īterpretatōem deflectitis. Iam ue  
 strū in corone prerogatiua intelligitis priuilegiū: qui purioris e  
 stis uite et professione astricti : et exercitio instructi : et indefes  
 si studio et ocio festiui. Iure diadematis censem̄ noīe : quos iam  
 non tam pugna sollicitat / q̄ triumphus letificat: quibus non est  
 collectatio aduersus carnē et sanguinē : qui serpentis iam caput  
 non obseruant: sed christi exornant. Vos estis corona christi et  
 gaudiū : et ideo sicut cepistis / sic state charissimi: sic state idnō

imo capite dominum. Sublimis locus est : nihil illuc uilioris af  
ferte materie . Videte uocationem uestram . Videte quē estis  
in usum assumpti. Nihil feni / nihil ligni : nihil stipularum / in  
domini uelitis diadema texere. Nihil deniq; quod ignem me  
reatur uel uereatur . Spine complexe igne comburentur . Noli  
emulari in malignantibus / neq; zelaueris eos qui spineam capi  
ti regis nostri imposuere coronam : Tale diadema non hōrem :  
sed horrorem adducit . Horret cr̄stus magis asperitatem mox  
lingue stimulus : q̄ aculeos spinarum / in his presertim qui in si  
lentii uocati sunt simplicitatem in caritatis negocium : et oc̄i  
quietem : in humilitatis scolam : in subiectionis uotum et uincu  
lum unitatis . Sed non est bonum uinculum quando sibi mutuo  
confederantur et in aliorum obtrectat̄em dexterās conserūt iu  
deorum more dicētes . Tollamus iustum : qui inutilis est nobis  
et contrarius operibus nostris . V os autem emulamini pacis bo  
num / in bono semper . Deniq; sp̄es corone / quoddam unitatis  
prefert inditum . Non sola corone est extimanda materies ; sed  
et forma pulcre intelligentie rationes eius administrat . Ea enī ē  
corone sp̄es qđ et in orbem cohoret et in altū se erigit . V is ha  
bere coherentia quandā tōem et id ipsum ? Credentium inquit  
erat cor unū et aia una . Quis huius unitatis finis ? Propter sp̄ē  
utiq; que reposita est in celestibus : Iam ergo hēs coherentiam  
in unitate / correctionem in spe . Et apostolus . Galeam inquit  
salutis assūmite : Et bene de galea introducta est mentio / eo q̄  
habeat quandam cum corona uiciniam . Nam utraq; capit̄is est  
sed altera munimentū / altera ornamentū ; Ideo nihil impedit / sp̄ē  
ad utrāq; referri : spe enim salui facti sumus : Ista nūc deforma  
perstricta sufficient : De materia quid queritis ? Ipsi enim scitis  
q̄ fragilem et obscuram materiam dēsignatur locus sublimis :  
Aurum uult et lapides pretiosos . Posuisti enim i capite eius co  
ronam de lapide pretioso . Aureas in apocalipsi coronas legis :  
Pretiosa materies / siue solum sit aurum / siue quedam auri gē  
marumq; mixtura : sed nescio quid maioris gratiē significare ui  
detur / quod auri mentione sublata / de lapide inquit pretioso

posuisti in capite eius coronam . Et adhuc excellentiorem uobis  
 demostro materiam . Apparuit signum magnum in celo / mul-  
 er amicta sole : et in capite eius corona stellarum duodecim .  
 Apostolorum tibi et numero et spē chorus monstratur . Qui enī  
 ad sapientiam erudiunt multos / quasi stelle splendent ad perpe-  
 tuas eternitates . Hec corona fratrum stetit ī circuitu iesu / sicut  
 scriptum est . Et in apocalypsi dyademata multa in capite spon-  
 si : secundum diuersitatem et gratiarum et graduum . sed illud  
 precipuum quo coronatus est in die desponsationis sue : in die  
 quo sibi in discipulis desponsauit ecclesiam . Desponsauit eam ī  
 fide / desponsauit eam dando in cordibus eorum arram : et pi-  
 gnus et primitias spiritus : Et desponsatio dicitur participatio  
 spūs / quando adherens deo iam non duo sed unus spiritus : De  
 niq; et ipse est hō qui reliquit patrem et matrem et adhesit uxo-  
 ri sue : et facti sunt duo incarne una . O beatū omertiū facta es cū  
 sponsō in carne una / et ipsa cū sponsō in uno spū : Quō oportue-  
 rat de tali te gaudere iugio fidelis aia : quō letari et diē festū  
 agere ? Induere induere uestimentis glorie tue ciuitas scā / spon-  
 sa agni gaude et letare sion adiuncta christo . Quō tu nō gaude-  
 bis : cum gaudeat ipse ? Gaudebit sponsus inquit sup sponsā : et  
 gaudebit sup te deus tuus : sed quanto gaudio ? In die inquit de-  
 sponsationis eius : et in die letitie cordis eius . Non leuem dedit  
 intelligi letitie motum / quā esse cordis expressit : letitiam dico  
 delitie sunt : Delitie inquit mee / esse cum filiis hominum . quā  
 care tibi iesu bone constant ille delitie : Non gratis eas possides  
 quas carnis passione compasti . Ideo cordis tantum hanc dicit  
 letitiam / Iniuria ē spōsi : si ipē letatur et tu nō ex corde applau-  
 dis : non gratularis : non gaudes . Vel fastidii uel despectionis  
 instar ē cum gaudente non gaudere / et hoc inde sponsatōis die  
 affectum tuum cuius alliciat spēs : si non eius qui speciosus est  
 forma pre filiis hōium ? Gaudens gaude in dnō : et exultet aia  
 tua in sposo tuo : in deo tuo . qui si deus non esset : et hō purus  
 esset . quantas tamen haberet in se amoris illecebras homo talis:  
 tot gratiarum habundās muneribus . Nam si a radice cōceptio-

nis eius recensere ceperis / totus tibi stellatus videbitur iuxta cōditionem humanā tam singulariter q̄ excellentia uirtutum . ho mo īnocens īpollutus segregatus a peccatoribus : ut interim sile am q̄ excellentior celis factus est : infirmitatibus nostris potēs compati / temptatus per oīa pro similitudine absq; pccō . Diffusa est grā in labiis eius : misericordia in uisceribus : uirtus in manib; . Conuersatōe singularis / sermone cōis : prudētia in respōsis : uita in uerbis . Quid ergo q̄ conceptus est ex fide natus ex uirgine / non assumptus est in morte et assumptus in gloria . Re ticeo nunc credentium numerum et mérita populoꝝ quos mis so spū sibi in fide et caritate sociauit . O uere magnū pietatis sacramentū christus : incitamentū amoris : qui manifestatus et in festatus ē in carne iustificatus ē in spū : apparuit angelis : predi catus est gentibus : creditus ē mundo : assumptus ē in gloria . Quis det mihi istas discurrere et recurrere frequēter per lineas et p singulos uirtutum et operum gradus dicere / domine quis si milis tui . quis mihi det ut scribantur sermones isti in corde meo / ut exarentur stilo : et quasi in silice scribantur ut non deleantur Bonus stilus digitus tuus domine : digito quo scribebas in terra urbana uerba quorum uirtutem calumniantes ferre non poterāt Inclina te ipsum deus meus : et incide in corde meo legis tue tabulas . Lapidem est cor meum : sed durus lapis nature obliuisci tur : ad digiti tui impressionem facile cedens / ubi tu incidis . sed iam multa diximus pro eo quod oportebat spōsam letari et gaudere in die despositionis sui : et in die letitie cordis sui dilecti Magna in hac die letitie ratio : et que cordis et affectus humani fidem excedat : Nec est hoc peregrina inducenda letitia : sed di ei isti sufficit letitia sua : Dulcis es domine : et directus ē ad nos spūs tuus / spūs suavis . Humanas tibi aias per fidem et amorem quodam sponsi associas affectu : et de conuersione letaris . Dux cor quod sibi letitie huius materiam subducit : occasione atteruat iminuit rationes . O me impudentem et ingratum si non ego talem diligam : tam absolutum a corruptione : et tanta circa me astrictum compassionē : necessitate non obnoxium et pietate

70

adnixum. Diligam te dulcis domine et si non pro me/pro te ta  
men. Ut tuo satissaciam desiderio: delitiarum tibi causas sub  
ministrem: argumenta letitie: in die despunctionis et in die le  
titie cordis tui.

## SERMO XX

**A**T uos audeo confidenter ad uisionis huius inuitare leti  
tiam: filie celestis syon ierusalem que in celis est. Vos  
uere et plene filie syon/ qui semper intuemini faciem pa  
tris. Vos inq multorum milium angelorum frequentia/ uos inui  
to et uoco. Egredimini et uidete: egredimini de recondito illo  
sinu intime uisionis/ de secreto lucis inaccessibilis. Nouum uo  
bis terra nrā prestat spectaculum. Nouum enī facit dnūs super  
terrā. Ab eternis ad terrena uos prouoco. Mira hec inuitatio:  
sed nescio quo pco eterna illa que i se ipsis semp et noua et mirā  
da sinit: in eo quod factū est in terra nouum/ noua magis et mi  
rabiliora resurgent. O beata hec in terris nouitas temporalis: que  
antiquam illā et eternā nouitatem angelicis in aspectibus apli  
us inouauit: Nouum faciet dnūs sup terram: femina circunda  
bit uirū. Quē uirum? Ecce inquit uir/ oriens nomen illi. Oriēs  
splendor lucis eterne femineo/ sed femineo circundat utero: et  
carne uescit. Hoc est ilud nouum/ quod ipsa sui nouitate ni  
mia credulitatem obstrueret: si non esset in auditis prius signis  
fides elicita. Deniq inter tot prophetarum et prodigiorum ma  
nifesta testimonia: ad nouitatē istam adeo quorunda sensus ob  
stupuit: ut dum nouitati fidem abrogant/ signis euidentissimis  
non accomoden credulitatē: Siquid uos ad egrediendū inuito:  
qui ipsos ēt ubiq preuenitis et inlruitis apostolos? Vbiq sedu  
li estis et admiratores et annūtiatores nouitatis istius. Angelus  
concipiendū nuntiat Marie: natum pastoribus angelus nuntiat  
imo et ipsis angelis: non tantum pastoribus angelus nuntiasse  
uidetur: Vnus predicit alii applaudant. Facta est enim inquit  
cum angelo multitudo celestis exercitus laudantium et dicenti  
um gloria in altissimis deo. Vnus annuntiat q alii eam noue  
rant: et tamen quasi nouū et recens audiuit qd illis ignorū esse

non poterat. O beata hec nouitas: que angelicum gaudiū dedit auditui: Et ut sic dicam delectat illos ab alio audire et quasi discere quod eos ab initio ipsa ueritas edocuit. O humilis et inde fessa deuotio et ad deum et ad inuicem. Est hic aliquid qđ nos utinam obseruemus. Imo et seruemus. Quid illud? Ut angelico exemplo humilem et attentum prebeamus auditū alieno sermoni: et in que non ignoramus. Non tamen alienus est qui de celo est: nisi uos a deo alienos reputauerimus: Et si alienus est / auctoritatem illi tribuit diuina materia. Nota fastidire aut curiositatis est: aut contumacie signum. Angelici spūs quibus a principio innotuit sacramentum incarnatōis. non abstinent ab admiratione nouitatis huius exhibitione: et antiqua cognitio / non modo uisione noua: sed nouo gaudet et letatur auditu: in temporū fine. Egressus est christus / ideo egrediuntur et ipsi: Et egressus eius a diebus eternitatis. Sed in temporū fine: de utero eius egressus ē: que circūdedit eum femine: Ideo egrediuntur celestis filie sion: admirature in completione quod semp adnumerare sunt in expectatione. Angelus in annuntiatione: angelus in natiuitate: angelus in baptismate: Angelus apparuit oranti: testis ē resurgentī: astat ascendentī. Quam uehemēs putas amatores sunt/ tam seduli annuntiatores: et indefessi admiratores? Per omnes huius sacramenti gradus circūeunt et imo lant hostiam admirationis: hostiam uociferatōis: cantāt et psal-  
mum dicunt domino. Et omnis hec ueneratio extrinsecus exhibita est: absq; ea que intrinsecus latet: Et si nouum fecit dominus super terram: celos tantum nouitatis huius odore repleuit. Femina circūabit uirum/ quō circundat corona caput. Caput enim ecclesie christus: Gloriosus plane in illo splendore glorie et paterne figura substātie: sed super addito nrē quodam uelud fuco nature et colore inducto/ dum sublucet plus placet. Nec ille tantum qui fecus ferre non poterant: sed in his etiā quibus pure se splendor ille refundit. Hec autem dico qđ dignatio hec ipsa qua uoluit incarnari quandam uidetur attulisse decorem dignitati maiestatis. Quō. n. non plus placebit humiliata subli

74

mitas / ex inanita imensitas : et diuitias incarnata ? Ista uarietate  
quid pulchrius ? Varietate dico : contrarietas uidetur : eo qd ad  
contemplandum pulcior : cuo hoc sese contraria non ipugnant :  
sed congruunt sibi . Mirabilis i se diuina simplicitas : sed ut sic  
dicam multo hec compositio mirabilior quia nouior : Non pos  
sum mixture huius artem satis mirari : et puto nec angeli : Et q  
dem illis mirandi ratio maior : quibus diuine nature mera sim  
plicitas sincerius innotescit . Illa incomparabiliter mera e : et iō  
mixturam hanc mirabiliorem reddit . Que tum hic mixtura :  
cum sua cuiq nature constet integritas : Nam nec alterutra in al  
teram transit : nec ex utrisq quasi tertia et noua quedam consi  
stit : Nouum tamen e q in una persona conueniunt . Contempla  
tio utraq quedam uelud cella uinaria : In illa introducti sunt  
angelici spūs : nectaream maiestatis eterne : imo a dictōe sue in  
itio positi : iam nunc in tempoz fine hec nrā in terris cella mu  
stum nouum eructat . O promptuaria plena : promptuaria exun  
dantia et eructantia ex hoc in illud : Egregimini de cella uini  
meri : adhuc mustum qd miscuit sapia in craterē nouo : O calix  
inebrians q̄ preclarus es / et ideo caritate inebrians : Liquor eter  
nus nouo huic infusus calici maiore cum caritate hauritur / quā  
uis cum claritate temperetur : Id circo et amor ee debet intempe  
ratus : Quis enī se ab amādo tēpet / quādo urē se capacitatī tē  
pauit imensa maiestas : O calix non hōium tantū : sed et angelo  
rū mētes inebrians : et in se a tēplatōe mere diuitatis mixtura  
hac noua uertens : Egregim filie syon de copia illa uini meri :  
ad hunc calicē tpatum : Egregim et gustate q̄ suavis e domiūs  
Ibi suavitatis diuine simplex natura pspicit hic suavitatis eius  
usus et iditia pponunt : Ibi in se uidet / hic in effectu suo : Hec  
ultio in genere utrūq̄ mirabile e : et nescio qd magis mirer i p  
sona naturaz opositionē an opositioni cām : quid iā i unitate dī  
uīe essentie tres ee miramur psonas ? Plures iā ex itegro i una p  
sona naturas mirare , quid nō hic ad tēplandū suaue : qd quem  
non afficiat . Deniq ad admirationis cumulum causa accedit .  
Causa nec consequentia rationis : nec saluationis efficacie caret

nec grā compassionis. Vis audire consequentiā : sicut in adam  
omnes moriuntur, ita et in christo oēs uiuiscabuntur. Et idem  
Sicut per unius inobbedientiā pccōres constituti sunt multi; ita  
et p unius obedientiā iusti constituuntur multi. Quid cōsequē  
tius : Magna consequentia, sed ex parte iustitia, efficacia maior  
Deniq; et si abundauit delictum, suū abundauit et grā. Vbi de  
lictum, ibi seductio et fallacia intercessit, et iō non oī ex parte  
uoluntarium uideā. In grā uero nihil nō ex proposito, nihil nō  
ad libitū. Quō ergo non efficaciora sunt uoluntaria bona, q̄ ue  
lud aliqua ex parte coacta mala : Et uere efficax grā et artificio  
sa. Nescio quid magis mirer: artificiū coacratōis: an efficaciam  
saluatōis. Virūq; in beneficio gratū ē: et uoluntas et euentus.  
Adde et tertiu, modū ipsum et rōcem. Nihil uolūtate hac affec  
tuosius. Que dilectio maior, quā ut ponat quis aīam suam pro  
amicis suis? At hoc fecit p inimicis: et inīci erant in se ipsis et a  
mici: quia ante mundi cōstitutionē dilecti. Quid opis huius euē  
tu uberior? Larga effusio spūs sup oēm carnē: satis manifestat  
Effusio sanguis christi: spūalem nobis effusionem impetravit.  
Quos lauit sanguine suo, quō non pfunderet spū scō suo? Ideo  
prius inundauit, ut essent sup quos actius postea spūs inūdaret  
Ad ordinem quid cōsequentius? Coarctor in huius materie consi  
deratione: et quid potissimū ad cōtemplandū etribus eligā igno  
ro: pietatē an prudentiā: an puentū. Certant hec inter se in cōte  
plationē nrā: et cū in altetā pte intendiā: et in alterā trahiā. Blādi  
unc hec mihi: et affectōe diuersa pmulcent. In ardesco: stupeo:  
gaudeo. Gaudeo p utilitate: ad prudentiā stupeo inardesco pp  
ipensum mihi pietatis amore. Quid ista dipartior? Confundū  
tur hec inter se: et in uno quoq; genere pmiscentē frequenter, nā  
et modus et cōmoditas et affectio siue malis sic dicere prudentia  
prouentus: et pietas: Hec inquam tria siue simul, siue sigilla  
larim considerata animum ad se meum et trahunt citius: et te  
nent diutius: et quandam in admirationem: et exaltationem  
conuertunt. Matris ecclesiē fides talium uarietate uirtutum:  
eius diadema cotexuit. Hunc ibi numerū: hoc pōodus: hanc mē

72

suram assignant. In ordinis ratione et consequentia : numerus  
deprehenditur et concordie modus. In pōdere pietatis affectus  
uehementior : et uere uehemens pondus gratie : de celis ad ter-  
ram maiestatem immensam deducens. Immensitas hec oēm in  
cōparabiliter excedens creaturam ad mensuram sē cōtraxit : mē  
surā pertingendi usq; ad nos. Non , n . quasi non cōdescendēs ad  
nos supextendit se ipsam si in mensurā nobis distillat dona spi-  
ritus / mensuram īterpretor in effectu uirtutū munera: Ad mē  
suram enim dat nobis deus spūm . In mensura cōtra mensurā: In  
mensura gratie cōtra mensurā iniustie : Nam sicut habundauit  
delictum / habundauit et gratia . An non hec mensura cōtra mē  
suram ? Certe et supra . Superhabundauit enī et grā . Nunquid  
tantū super mensuram ? Non utiq; tantum sup mensurā delic-  
ti: sed et sup inēsurā gratie . Et ecōtra et supra mensurā iniusti-  
tie habundat gratia: et supra mensuram grē : sed non cōtra habun-  
dat grā . Vbi enim una habundat necesse est et altera suphabun-  
det et detur abundantius abundantier habenti. Mensura hec mē  
sura bona et conferta et coagitata et superfluens . Supfluitas ui-  
detur / quādo non tantū necessaria suppetunt sed et exuberātū o  
luptuosa . In donis spūs quedā expediunt : quedā decent : quedā  
delectant . Sanant / exornant / exhilarant: Quō non supefficiunt  
que sic excrescunt ? Sed hec sufficiūt de nūe o et mensura: depō-  
dere diadematis qđ salomoni regi mater eius cōposuit . Quoddā  
enī quasi sertū glorie cōfert : dū coactat qđ a nobis assūpsit et qđ  
nobis exhibuit . Videtis quibus hoc diadema dotibus grāꝝ con-  
stet . sed qđ de gratiis ad diadema ? Dabit iquit in prouerbiiis ca-  
piti tuo augmēta grāꝝ . Pater dat et mater coronat . Ipsa corōat  
quia credit : quia ipsa circundat / ipsa coronat . Mater ecclesia  
se ipsa te ieu bone exornat : se ipsa te uestit : se ipsa te calciat :  
et coronat . In perfectione calciamentum est / in perfectione co-  
rona: Mira mu' atio ubi excusso puluere liquis adheserat de cal-  
ciamento corōa efficit . In die despōsatōis et letitie . Vide ordinē  
Vnus dicitur despōsationis et coronatōis dies . Si istud scis :  
beatus es si sequaris . Conuertis ordinem si uis prius despōsari

q̄ coronari / si prius uis ad iocunditatem et quietem deuiciri cri  
sto / q̄ cum cristo uincere. Anticipatio quidem brā / si non ordia  
ta : si ante triumphum thalamum tibi optas collocari : si ante la  
borē presumis letitiā : Vnus est hiis tribus constitutus dies dia  
demati desponsationi leticie et leticie cordis . Et qđ est cor Sa  
lomonis nostri : Vos inquit estis corpus christi : et membrū de  
mēbro. Felix plane qđcunq̄ membrū capitī huius : sed qui cor  
est eius : de precipuis est. Et inde si non cor eius qui quodam in  
uentre secretoꝝ dei foueatur in uitali affectionum calore ī me  
dio meditationū / De corde enī cogitatōes non opatōes exeunt :  
Iure ergo cor est / qui in medio spūalium locatus est cogitatio  
num : in pinguedine grāꝝ : in quodam uentre ueritatis : in utero  
sapie : cuius in typo salomon ponitur. Et quidem una eademq̄  
uel ecclesia uel aia et corona est et cor et sponsa. Corona in capi  
te : sponsa de latere : cor in uentre . Corona in summo : sponsa ī  
proximo : cor in intimo . Quid hic non optē collocatur : Quid  
non festiuē : Egressimini huius nostre filie sion et uidete : ut et  
uos transeat in affectum cordis huius in sponse grām / in dyā  
dematis spēm. Nolite nomine cassō gloriari . Estote quod esse  
dicimini speculatōis filie. Vsus ipse attestetur nomini : Festus e  
nim ē desponsationis iste dies et dei successione dignus : et ad  
hoc festiuorem qui nuptiaꝝ ē dies ptingitur / in quo non dat  
libellus repudii non intercedit diuortium : non abit vir uia lon  
gissima : ne breuissima quidem : sed ē semp in domo sua spōsus  
christus iesus . Qui uiuit et regnat cum deo patre et spū scō / p  
omnia secula seculorum . Amen.

### SERMO XXI

**D**On ueretur ne suis intumescat laudib⁹ et humilitatis  
iacturam faciat / cuius ipsi sibi pulcritudiem cū expres  
sione tanta sponsus ḡmendat / frequenter ex multo pla  
cēdi desiderio subē metus displicēdi et ppēsior deuotio cōsci  
entie imminuit et furatur. Quid ergo mirum si sponsus applau  
dat illi de pulchritudine : affectumque blanda allocutione  
demulcet , quem metus inuexerat : Qua nam enim ratione

73

deformitatem non uereatur suam / Hominis anima quelibet :  
que nostri salomonis in matrimonium asciscitur ? Audiuit il  
lum in diademate suo / in die desponsationis et letitie cordis : in  
illa abysso glorie : solito festiuore : poteratq; iure ueteri repulsā  
si deformitatis et abiectionis sue respectaret ad causam : Opor  
tuit itaq; ut securior reddita : resumeret animum et ifusa alacri  
tas mentis faciem uiuido quodam colore pfunderet : Nam toti  
us uite et operum pulcro uultui : plurimum abdicit mentis hila  
ritas : propterea in hunc modum amicam sponsus alloquitur :  
Quā pulchrā es amica mea . Similia fere dicta sunt supra  
in precedentibus : ubi sicut legit : Ecce tu pulcrā es amica mea :  
ecce tu pulcra . Idē pene uidetur . Ecce tu pulcra es ; et q; pulcra  
es : Vt robig; pulchritudo predicatorum ipsius et iterata emendatio  
confirmationem declarat : Sed quantum ipse aduertere possum  
aliquanta hic innuitur distinctio : Num ubi dicit Ecce tu pulcra  
agit tantum de pulcritudine : hic uero de nimietate pulcritudi  
nis . Quā pulcra es amica mea / q; pulcra . Ibi simplex attesta  
tio quasi subito deprehense pulcritudinis : hic autem admiratio  
nimietatis . Ibi attestatur q; pulcra : hic oblectatur q; tam pul  
cra . Hic enim pronuntiatur cum pondere affectuq; mirantis :  
et prolationis modus motum oblectate mentis declarat . Quā  
pulcra es amica mea q; pulcra . Et quidem in processu cantici /  
profectoria ad sponsam dici oportuit . Hec a nobis de similium  
distinctione uerborum . Nam que super pulcritudine sponse in  
terpretanda fuerāt / copiose et accurate suis explicata sunt locis  
Et que uir utrum eruditior an eloquentior nescio / suis disputa  
uit in omeliis : nec minimo ut sic dicam digito decuit a nobis  
ad discutiendum attingi . Hec uero non negligenter atten  
dendum / quod post generalem conditionem pulcritudinis par  
ticulatim amicam depicturus / loco primo ab oculis orditur /  
prudēter quidem / quoniam si simplex oculus fuerit / totum cor  
pus lucidum erit : Et ideo columbarum comparat oculis / ut iu  
xta euangelii doctrinam suam amicam simplicem deceat sicut  
columbam . Denique uniuersum corpus operationis : simplex

illustrat oculus intentionis: et facit ut coram deo luceant opera  
que p se coram hominibus poterant luceret: Nā quando foris bonū  
lucet opus: sed opis bonitatem non intendit aīus: quasi corpore  
claro oculus cēcāt. Opa quidem ipsa aliquotiens in genere suo  
bona sunt et aliis cōmoda: sed operum bonitas in actore non re  
funditur: qui simplicē oculū in ipsis non habet: Ideo tenebrosa  
sunt/ q intentionis sincere lumīe carent. Bonus itaq̄ simplex o  
culus/ non hēns ullā partem tenebraꝝ: cōuersationis corpus tuū  
serenās. Aut totus. n tenebrosus ē oculus aut totus lucidus: aut  
hēns aliquā partem tenebraꝝ admixtā. Totus tenebrosus est:  
cum operi malo propter malū intendit: Totus lucidus: cū opī  
bono non nisi propter bonū intendit: Cum uero in ope bono non  
tantū in ipsum bonū/ sed ēt in aliū aliquē finē intentio dirigit:  
uel cū in ope non bono/ quod in esse credebat bonum / errando  
diligie aliquā ex parte: oculus caligat: et non est mera simplici  
tate purus. Quid cum opus bonū ipendit et non ipsum bonum  
sed aliud totum intenditur: Oculus ne iste tenebrosus dicereb  
ex toto: an ex parte caligans? Mibi quidē magis tenebrosus ex  
toto uidet: nam et si lux deputetur in opere: nulla tamen agno  
scitur intentione. Quō aūt intentio bona que bonū non optat:  
aut quō simplex: que sub bonī uelamine se ipsam occultat & In  
oculis uero sponse utraq̄ omendaꝝ: et simplicitas et spūalitas.  
Ideo colūbaꝝ dicunt: Et bene in amica sua priō lucem omēdat  
ut sibi demonstret similē: qui et ipse dicit lux mundi: et ī quo  
tenebre non sunt ulle. In sex dierum cōditione lux oīum prima  
creata dicit: et in describenda pulcritudine sponse lucis in pris  
iducta decenter est mentio. Oculi tui colūbaꝝ. Quid te amicā  
esse presumis que nescis oculos habere colūbe? Opa quantūcū  
q̄ fuerint si ipurus est aīus: de pulcritudine frustra tibi applau  
dis. Quō amica es/ que pulcra non es? Sed quō non es inimica  
que malignaris in scō? Malignat in scō/ q malignat in bono/ si  
ue in suo/ siue in alieno. In tuo malignaris bono: cum bonum ip  
sum non conspicaris. Et praua intentio et peruersa interpretatio  
Vtrāq̄ malignatio est: utraq̄ fellea: utraq̄ falsa: nihil habens

cum columbaꝝ natura cōe. Oculi columbaꝝ sunt/ qui nec fal  
 li uolunt/nec fallere norunt. Nescis qꝫ sponsus tuus ueritas ē?  
 Quō dicet tibi columba mea/amica mea : que simplicitate nō  
 gaudes. Amica est ueritati simplicitas; ideo cū simplicibus ser  
 mocinatio eius. Deniqꝫ simplicitati amice applaudit dicens. O  
 culi tui columbaꝝ. Bona .n. est oculata simplicitas: ita simula  
 tione excludens ut non caliget in ueritate. Kara hec hodie i ter  
 ris auis/ et si qua est eius usqꝫ quaqꝫ frequentia occulta satis et la  
 tens in foraminibus petre/in cauerna macerie : et desup riuos a  
 quaꝝ. Quō aūt obscuratus est aut occultatus est oculus colum  
 binus? Quis est qui seculi calliditates non sectetur/ qui uel se  
 uti non gaudeat: qui non amet habere : aut saltē nominari i se  
 non uelit? Quis est qui non uerecundetur oculos columbinos :  
 glorietur se hēre miluinos? Si christi amicam te uelis: quid tibi  
 cum prudentia carnis : que inimica ē deo: An istas inimicitias  
 euacuare conaris/ ut utrasqꝫ carnis et spūs prudentias cōdas i te  
 ipsa? Modicum fermentū totā massam corruptit. Quid ergo  
 fiet ubi multum est fermentum/massa modica. que societas le  
 gi cupiditatis et legi charitatis. Non debet illa huic esse coniūc  
 ta: quia neqꝫ esse subiecta. Prudentia enim carnis legi dei aut  
 repugnat et inīca ē: aut oīo perit et nulla est: aut resistit aut ex  
 to: o desistit. Pōt pimi ut penitus non sit/ non pōt premi/ ut ci  
 ḥēpata sit. Tuū ergo et os et cor huius exercitatū optas hēre  
 prudētie, que legi dei non pōt uel associari uel subici. Pruden  
 tia spūs uita est et pax. Vitalis ē. n. prudēcia spūs usum hēntis  
 uite que nūc ē et future : prudentia uero carnis : in presenti tan  
 tū exerceat uita/ nullū in ea que sequit̄ habitura locū. Cupidita  
 tis. n. apd inferos nec opus nec usus ē: sed excruciatio. Ista pax  
 ē litigium. Et bene pax cui hoc ē euacuari : qđ paci non uacare:  
 Talem prudentiam ad sponse pulcritudinem christus cōmemorat. Talis in oculis columbaꝝ depingit, que simplicitatem et  
 spūalitatē redoleat eo qđ in colubē figura spūs scūs intelligi so  
 leat. Non solet esse uacua talis simplicitas: multum enim sub  
 est latentis gratie: Oculi tui columbarum eo qꝫ intrisecus latet

Magnum nescio quid illud est: et uere magnum: quod manife  
ste uel dici non debuit, uel dici non potuit: nec aliquo ut gratie  
cetere simili figurari sed in suspitione et conjectura sola relin  
quitur his qui similia forte patiuntur. Absq; eo inquit quod i  
trinsecus latet: quasi non sint intrinsecus alie gratie et dona spi  
ritus. Et quomodo omnis gloria filie regis ab intus. Deniq; et i  
trinsecus ipsi oculi columbarum: ubi simplicitas fidei corda pu  
rificat: et illuminatos reddit oculos cordis: ubi non modo ocu  
lus, sed totus absconditus homo cordis dicitur. Sed licet ab in  
tus omnis sit gloria: e tamen gloria glorie respectu interior: et  
sicut i ipso homie exteriori, sic et in illo interiori alia aliis ma  
gis sunt intima: et latentia penitus soli tantum nota dilecta: for  
tasse et aliqua etiam ipsi sunt sponse ignote: nec collatorum di  
uinitus ad plenum habet notitiam numerum. Quid enim si oc  
cultatur sublimitas? Secretum tuum tibi iesu bone secretum tu  
um tibi: et in absconditis sponse solus delitiaris. Cur non uel  
ad modicum illud nescio quid latens nobis cōmunicas et occul  
tam quia delectaris figuram pulchritudinem. Plus nos ad querē  
dum alicis/dum illud latere intrinsecus dicis: et curiositatem  
nostram amplius irritas/tantum silentio misterium promens:  
Plus nos dum taces trahis/q; magna multitudo dulcedinis hu  
ius, quam abscondendam indicas dum explicas. Quicqd illud  
est latet intrisecus: sed de latebris istis suauissimus odor aspirat.  
Nescio enim quo pacto dum illud admirabiliter dulce esse cō  
nitio/āmirabiliter dulce esse iam sentio. Iam illud pensat affec  
tus ad quod non penetrat intelligentia: conditum est hoc penes  
sponsam: et signatum in thesauris ipsius, solos fas est dilectos  
istos ingredi: in glorie latentis arcana reuoluere. Hoc au  
tem dico quod non facile est uirtutem cuiusq; ex iditiis diffini  
re. Frequenter enim exiguis extantibus signis eximia sunt que  
latent intus secreta. Ideoq; manifestas debemus sic uirtutes lau  
dare: ut hac id singulis abiectione utamur. Absq; eo quod itrin  
secus latet. Deniq; ipsam hanc de qua nobis est sermo commen  
datam i sponsa columbinā inspicere simplicitatem/q; gratifica

75

q̄ est in se ipsa suavis et placens: maiores tamen in se reconditi  
tos habet thesauros. et dulci est ut sic dicam medullata secreto:  
Queritis quid sit illud? Dixi iam: et si adhuc uultis audire / i  
gnorare me fateor. Possem piam hanc uobis commendare sim  
plicitatem ad eius uos emulationem hortari: que tam in expli  
cabile et dulce misterium continet fortasse et confert. Id autem  
ipsum si fuero conatus euoluere forsitan ad aliquid occultum et  
latens pertingam: uel experientia uel conjectura. Sed nunquid  
illud erit cuius tam inuolute meminit sponsus inlaude dilecte?  
Quamlibet potuero occultum eruere: aliquid adhuc latebit in  
trinsecus. Altis illud latet in tenebris: nec nostro subiacet uel  
stilo uel studio. Venerabor ipsum silentium tanti misterii. nā  
quanuis non est datum diffinire nosse quid sit: non potest inue  
stigare quale sit: sed potest extimari q̄ magnum sit uel eo ipso  
q̄ uerbum tam arcanum dici non licuit: Ut tamen aliquid di  
xisse uidetur: et non ex toto siluisse: ad hoc enim instatis: accipi  
te quod mihi uidetur: in hac parte uere dici posse: utrum accen  
modate ad presē capitulo uos uideritis. Virtutes ipse sibi ap  
te natura intus in animo locate sunt: quedam uero suam i exte  
rioribus exercent potentiam. Et illa quidem carnales declinat il  
lecebras: ista uero spiritualium delitiarum latebras amplexatur  
Illa ut sollicitantes occasiones refugit uel insolentes affectōes  
compescit: et quanuis interim necessario molesto tamen exerci  
tio laborat. Ista tali delectatur materia: que non sociūitate ma  
gis q̄ honestate precellat. Illa simplici intuitu: et oculo colum  
bino exteriores dum percurrit species uel odit uel despicit. ista  
curiosiore pspectu celestes plustrat spēs: et pspectis amplius in  
ardescit. Possumus talem quandam distinctionem formare: Ut  
dicamus alias exteriores esse: alias interiores: alias intimas.  
Alie enim se a carnalibus retrahunt: alie spiritualibus intendunt  
alie quasdam iam tenent primitias! Prime si a mundi illecebra  
quam contempnunt compescunt: medie se ad id quod spirituali  
ter concupiscunt adhuc componunt: ultime imo intime opta

k.i

tis audie iam utuntur. Deus bone quantum lucis et delitiarum  
in illis est latebris / quantus excessus in recessibus illis / Utinā  
tales me concludant latebre ut illud de psalmo dicere possim .  
Nox hec illuminatio mea in delitiis meis . Ecce nunc aliquid la-  
tens attigi in hoc ultimo gradu : et forte uel hoc est , uel aliquid  
simile quod sponsus signauit . Nolo de cetero deferre misteriis  
nec enim fas est audaci sermone orationum archana nudare : et  
minus sanctis manibus lingue conuolutas delicate sancti sancto-  
rum reuoluere species : et reconditum manna contrectare quod  
aurea urna continet et archa reducit . Et ipsum manne nomen a  
liquid ostendit archanum : et de quo magis possit queri quid est  
hoc q̄ dici quid sit hoc . Et cui melius q̄ manne latens illud com-  
paratur : Dulcis quidem et celestis est manna cibas : sed uidetis  
q̄ secrete reconditus in urna : in archa in sanctis sanctorum : Ut  
curiosus et minus idoneus ab huius aspectu arceatur oculus ille  
qui columbinus esse non nouit quem non dirigit et pia creduli-  
tas et intentio pura . Rogamus autem uos fratres / amplectimini  
sanctam simplicitatem : quietem mentis meditationes puras : li-  
beras orationes / quoniam in talibus uasis / et ut ita dicam / in ar-  
cha sancte meditationis et iteriore orationis urna / diuina nobis  
est locata refectio : et portio glorie de qua legitur . Satiabor  
dum apparuerit gloria tua . Cuius plentiudo uitam nobis eter-  
nam conferat Per Iesum christum / cui est honor et gloria Per  
omnia secula seculorum . Amen

## SERMO XXII.

**E**ccliesie ut bene nostis hec blandimenta : et spiritualibus  
eius oculis precedenti disputatum est sermone . sed quia  
tales sunt : nunquid rari sunt ? Vide totum corpus eius  
quomodo plenum sit oculis ante et retro : Oculi eius prophete:  
oculi eius apostoli : qui uel futura predicunt : uel iam facta pre-  
dicant . Oculi eius sunt utrorumq; interpretes et doctores popu-  
lorum / quorum officio spiritualia anime uel cōmoda uel scan-

dala et cernimus et discernimus. Sed nescio si omnes qui oculi  
 habent officium teneant et usum. Duces ceci / nec tantum ceco  
 rum: sed quod indignius est et uidentium. Non ne uidentur ocu  
 li habere et locum et spēm / sed uirtute carere : Utinam uel id  
 sufficeret et uirtutum prouidendi bona carerent : essentq; ad cō  
 munes utilitates ceci / dum non ad priuatas arguti cōmoditates.  
 Nunc autem et ceci sunt et callidi / hebetes ad ecclesie lucra ad  
 propria acuti. seu quō oculus est columbe / qui columbe non in  
 seruit / columbe non uidet / columbe non prouider / qui colubā  
 non dicit / sed magis abducit ecclesiam : et quantum in ipso est  
 prauus precipitat exemplis : De talibus apostolus loquit. Om  
 nes que sua sunt querunt : non que iesu christi . Tales occupant  
 locum et peruerunt usum : cum ediuerso sint alii qui oculi non  
 habent officium ex promotione / sed usurpant ex presumptione  
 Et quidem frequens hec turba . Quem dabis nunc ex numero  
 discipulorum qui prelatorum opera tenes se uelud quodam lo  
 catus in tribunali : non carpat / non corrigat : Isti non iam sunt  
 oculi membrorum / sed quidam oculi oculorum. Quō si penne  
 et plume in corpore columbe / cum ipsa uelit oculorum dicere  
 lumina . Nolo locum hunc nimis urgere / ne uos fratres exagita  
 re uidear. Estote uestra contenti mensura / nihil omīo in corpore  
 columbe officio uacat / nihil caret honore. Et ea que abscondita  
 sunt / abundantiores habent honorem : Deniq; et capillus spon  
 se suus est honos. Si enim in oculis prelati / in capillis qui sunt  
 nisi discipuli : et boni discipuli qui se capillorum more tractabi  
 les et flexibles exhibent / ad oēm nutum magistri / sicut ad mo  
 tum uēti. Qui graciles et spiritualibus extenuati disciplinis pe  
 ne sine corpore sunt : et penitus sine carne ad omēm insensibiles  
 iniuriā / ut nec tondentis instrumenti sentiant lesionē : in hoc tā  
 tum passionis abstinentes molestias. si a capite cui inheserunt  
 contingat euelli . Reliquo .n. emortuo corpore uitalem ibi tan  
 tum sensum retentant / ubi capiti de quo oriuntur iunguntur.  
 Qui ipso uicini cerebro ubi sapientie dicitur recessus / quasi ad  
 intima ipsius arcana nituntur intrare / quibus hoc eradicari : et

k ii

quasi inde euelli uideat ad ex: eriores qualibet occasione curas uocari. Nam quod inde sine sensu doloris refluent: quoniam ibi aut nati aut radicati credentes? Denique non decidat capilli spose; sed assurgent. audi quod sequitur. Capilli tui sicut grex caprae que ascendunt de monte galaad. quasi grex caprae / eo quod in sublimibus pascent et positi et tendentes semper ad alta ut capre: altum tamen nil sapient: sed carnalis conscientia sunt infirmitatis. Elatio namque ipsa descendit/ ascendit humilitas. Ideo quasi capre quod semper et alta petant: et ad firmata sua respectent. Et bene de monte galaad ascendunt sed tamen non nisi in monte galaad / qui testimonia aceruum interpreta. Et quis ille nisi christus: super quem omnia prophetarum coaceruata sunt testimonia: cui prophete / cui iohannes / cui pater / cui opera ipsa testimoniū reddunt: Hic mos ecclesie caput est / noli de hoc mōte defluere: si capillus es. Quid nobis separationē minaris: et uelud auulsum iri a reliquo grege capillorum: Nunquid casus tuus eccliesie caluantem adduceret: Nescit illa decaluarī. Nam et capilli eius oes numerati sunt. Ad sinagogā illa iterminatio facta est in prophetā. Erit per crispanti crine caluitium: crispī sunt ecclesie crines ad suum recurrentes caput / circa illud ambitu amico reuoluti: in ipsa capitum secreta conantes intrare. Ideo capilli eius non decidunt: sed ascendunt de monte galaad: opum christi maiora sibi semper ad imitandum exempla cumulantes. Utinam fidei quam habeo in christo omnia opera mea attestentur: et iugis profectu gesta aceruum mihi ascensionis constituant. Quam paucos ego mihi testimoniū huius cœtuli lapides. Vereor equidem ne in contrarium multos congererim. Quid enim / Non ne tibi uidetur non pro fide / sed magis contra fidem testimonia concessisse: qui sic uiuunt ut alterius uideantur fidei quam christiane. Denique tales quam multos uideamus: de quibus iure dici possit. Isti non sic conuersantur / ut qui christi redemptos se sanguine credant: qui aliam sperent uitam: qui futurum mereantur iudicium: qui tandem euangelica precepta diuinitus data fateantur. Talia utinam penes me testimonia pauca reperiantur: mallem nulla: ne modicum fermentum: aceruum fidelium operum totum denigret.

77

Et fratres mei ut modicum de coi glorier qui de priuato  
non possum si totius uite uestre respexeritis ordinem et  
regularis obseruantie cursu non erit exiguus quem boni te-  
stionii coedificatis aceruus . Nam si a nocturnis uigiliis  
quas in pigro uelut primitiis quasdā prolibatis affectu et  
effunditis a principio uigiliaꝝ sicut aquā cor urūm ante  
conspectum dei si inq a capite singulos per gradus auersa-  
tionis diuine seriatim uelitis incedere : quid ibi reperietur  
qd disciplinam non sonet quod non concinat fidei nr̄e qd  
non uel corpus atterat uel mentē erigat uel deiciat erectā .  
Inter psallendū quanta est disciplina icorpore et q maior  
quorundam in mente dum ne admodicū uel certe tantū ad  
modicū ad sensū uerboꝝ illā sinūt abire . Nā ibi . i . in ipsis  
que cantantur uerbis aut ligatā tenent aut ad cognata re-  
laxant ad peregrina nequaꝝ . Quod si contingat fugax est  
enī mens hūana quanta statim castigant censura . et more  
huius usuras a se reposcunt . Sed ne ipsa coium horaꝝ iter  
ualla nocturna uacant . Deus bone hora illa noctis q sine  
nocte est q nox illa illuminatio in delitiis . Orōes ille pri-  
uatim fiunt sed priuata non petunt . Sūmission quidē uox  
sed mens intentior et preces tacite multum habent acumini-  
nis . Deniq̄ frequenter uocem eripit orō uehemens et uer-  
bis nec eget nec utitur que puro et pleno fertur affectu . A  
mor i auribus dñi solus obstrepens corporaliū strepitus de-  
dignat uerboꝝ : que sicut incobanti excitamenta sunt sic i  
pedimenta solent esse pfecte oranti . Quid deinde ipsis ho-  
ris matutinis quasi de recenti orōes instaurāt frequentat  
affessiones et uerecunda . sed manifesta reuelatione exiguos  
purgat excessus . Nō tamen exiguū deputat si a cristo uel  
tenui memoria titubant . Hostis callidi siqd fuerit i pbita  
te suggestū sibi i putant : iniqui in hac pte extiatores dum  
ppriū arbitrant casum : q alienē sunt fraudis cassō conate  
tūtū puocati . Quid quotidianus manuū labor quo corpus  
et latis atteritur et tenuiter pascit . Labores manuū suauꝝ

nō soli māducant: sed de insufficienti partiuntur egenis:  
ut et illis sit tribulatio / dum aliis abundat . Interuallis  
quibusdā leuant labores : sed fesso corpore feruer affectus .  
Illi tacite lachryme uberti uoluūc: pdeūt gemitus / et rū  
punt suspiria / ut qui iuxta sedē si forte ex se frigidi sunt  
uicinis possint scintillis accendi . Qui deniq; nō de crasti  
no cogitant / nec de hodiernis quidē / oēm curā / proiiciētes  
in ipsum qui eis preest / non primū / sed querentes regnum  
dei . Quid q; pene preterierā in capitulo singulis diebus  
examinandi abbatis astāt iudicio / q; si ad christi presentati  
tribunal & Ibi q;sq; in primis accusator est sui : accusandi se  
locū aliis prēripe festinās . Quid ipsū cōtinuū silentiū / et  
quedā cōpassionis grauitas & Nonne totā cōuersationē ue  
nustar: et quadā scitatis pulchra uestit facie ? Ipse somnus  
quoq; sanctitatis testimoniū reddit / nec in aceruo testimo  
nioꝝ est tantoꝝ sine cōfessione . Nā reliquie cogitationū  
confitentur christo / ubi somno corpus obruiē . Quō enim  
dormiētis poterūt nō uersari ante oculos totius diurne cō  
uersatiōis imagines depicte / et in aio uigilare . Nō tibi ma  
gnus hic uidet testimonii acceruuus erigi : Nisi q; an accer  
uatī et sine ordine frūt ista / sed serie certa et suis singula sūt  
disticta t̄pibus : Nōne hec testionia credibilia facta sunt ni  
mis / eo q; domum tuam talis decet sanctitudo domine .  
Vtinam cordis mei radices super istum densentur accer  
uum . Nescit steriliſ esse tantus bone conuersationis cu  
mulus . Locus est altus et uber : qualem propheta cōme  
morat . Vinea fcā est dilecto in cornu in loco uberi: et ma  
gnū plane fertilis: soli testimoniū fructuū pūetus uberior . Si  
cut ecōtrario loci ubertas arboris q;litatē redarguit de in  
fructuositate sua . an nō arbor mala que terrā bonā occupās  
fructus condignos non parit: sed nec ullos bone spei p̄turit  
flores & Forsitan et ficalneā illā sterile quā dominus iussit  
succidi : fertiles de uicino uinee condemnabāt . Periniquū  
est in sancta conuersatione plantatum : nil sanctum molli  
ri et excusatiōes pretēdentē cognatis exēplis cōuici : et ide

descensiones disponere in corde suo: unde alii ascendūt suf  
 ficit tibi: qui talis es/ descēsus tuus. Quid bonorum aceruum  
 opum quem alii alacritate ascendunt detrahere moliris: et  
 regulares obseruātias imutare? quorum numerū et rigore cau  
 saris? Noli prohibere eos qui benefaciunt. Si potes et ipse  
 ascende: Audi de quāto et quali aceruo sancti ascenderūt.  
 Sancti ludibria et uerbera expti/ insup et uincula et carce  
 res: lapidati sunt: secti sunt: tetati sunt in occisione gladii  
 mortui sunt. Circuierunt imelotis i pellibus caprinis: egē  
 tes/ angustiati/ afflitti/ in solitudinibus errantes i móribus  
 et in speluncis et in cauernis terre: qui oēs testimonio fidei  
 probati sunt. Vides quāto sit eorum fides probata scrutinio?  
 quibus testimoniosis exaiata. Quid a uobis tale uel expetitur  
 uel expectatur? Et nostra hec iferiori genere testimonia cre  
 dibilitia satis/ eo quidem credibilia/ quod nō ea necessitas  
 imposuit. Voluntas ergo uolūtas sit/ et prime libertatis iu  
 re uitatur. liberam se ad persistendū exhibeat: nō extimet  
 ad recedendum. Agnoscat necessitatis debitū/ sed non sen  
 tiat iugū. In bono libera sit/ et ad bonum nihilominus Libe  
 ra. In illo quod iam tenet: et ad illud quo tendere debet: et  
 ad ea que retro sunt nullā sibi licentiā permīssā existimās.  
 De quanto aceruo testimonii Paulus ascenderit/ tandem audi  
 te. Ipse quidem spiritus testimoniu reddit spiritui nostro/  
 q̄ sumus filii dei. Quantus uno i hoc testimonio aceruu?  
 Sed foris nunquid non phibuit testimoniu? Deo inquit atre  
 stante signis et prodigiis et uariis uirtutibus et spiritus san  
 cti distributionibus. Et tamē tanto cōstitutus in aceruo ui  
 tutum et attestantiū gratiarum/ nondū inquit me arbitror cō  
 prehendisse: unū quidem que retro sunt oblitus ad anterio  
 rā extedor. Et nos ergo tantā habentes i positiā nubē testiū:  
 depōnentes oē pondus et circūstans nos peccatiū: p patienti  
 am curāmus ppositū certamen aspicientes i auctore fidei et  
 cōsumatorē iesū qui pposito sibi gaudio sustinuit crucē cō  
 fusionē contēpta atq; i dextera dei sedet. Recogitate enim

eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus se met ip/sum contradictionem : ut non fatigemini aie uestris deficiētel Nondū enim usq; ad sanguinem restitistis. Illorū enim te/ſtimonia prerogatiua quadā dicuntur testimonia . i. martyria / qui pro fide christi sanguinē fuderūt . Videte primū ip/ſum martyre Stephanum de quanto lapidum aceruo ascēde rit ad christū : quē et oēs sequūt anime iuste . Quasi grex inquit capraꝝ que ascenderūt de monte galaad . Gestabāt theſauꝝ fidei in uasis fictilibus ſed ſublimitas erat uirtutis dei . Ideo quaſi ascendētes dicuntur : q; eos imania tormenta non tā fregerunt q; firmauerūt ad reddendū testimoniū uirtute magna . Quid hic eis aī est / qui nec unā et eā leuem et amicā propositoꝝ increpationē ſuſtinent : ſed ad unū auſterius uerbū totus liqueſcit boni ppropositi quē ſibi firmauerunt rigor ? Iſtorū tot ſuffulta adminiculis testimonia uix ſtare poſſunt : illorū tot repreſſa tormentis uberius erupe/runt . An non quātus numerus ſuppliciorū / tantus et acer/uos testimuniorū ? Et ſi morte afflicti tota die / et estimati ſicut oues occiſionis in omib; tamen ſuperauerunt / et ueſt ſuperascenderunt de galaad : de aceruo martyrii . Non enim de conſeruanda corporali uita certamen inierunt ſancti / ſed de uita fidei ex qua iustus uiuit . Ideoque in omni/bus ſupauerūt / quibus ſalua cā cōſiſtit . Quomō enī ſupant quom aut persistendo in cōfeſſione redditū ſunt eternitatī : aut perſuadendo perſecutores informauerunt ueritati . De/niq; et ſi extimati ſunt ſicut oues occiſionis : quibusdam tamen innocuis dentibus ab infidelitatis radice hostes preciderūt ſuos : ut iter eccleſie uitalia recōderēt in ſacta . An nō hoc ſibi uult quod ſubnectiſ : dentes inq; ſui quaſi grex de tōſauꝝ . Aduertis quales oues iſte ſint que poſſunt quidē de tonderi / ſed dentes earū non poſſūt cōteri ? Occidi poſſunt et flecti nequeunt . Immo ipſi perſecutores infregerūt ſuos : et in uinculis doctrine ſermonibus emollitos quaſi dentibus māſos infideliū traicierūt unitatē . Petro dictū eſt . Macta

79

et manduca. Et Moysi dentes non sunt moti. Dentes enī eo  
rum arma et sagitte. Arma spiritualia potentia domini : ad  
debellādas munitiones. An nō quidā ecclesie dētes de qbus  
dicit apostolus. Intret fidelis aut idiota : diiudicat ab oībus  
cōuincit ab oībus : occulta cordis eius manifesta fiūt. Et sic  
cadēs in faciē pronuntiat quia uere ī nobis sit deus. Nolite  
fratres iſtorū uereri morsus dentiū / non sūt canini sed oui/  
ni. De tonsarū enī grege cōferunt. In canibus nō dilacera/  
tio sed latratus cōmendatur. Canes muti dicit Isaiaſ nō ua/  
lentes latrare canes impudētissimi nesciētes saturitatē. Ac  
si quibusdā exprobret q̄ in altero se canū officio exuāt : in  
altero se canes exhibeāt latrare nō ualentēs et nō desinentēs  
latrare. Tales sunt qui inuicē mordēt et comedūt : et cōsu/  
muntur ab inuicē. Vt inā hucusq; sufficiat ut inuicē morde/  
ant et comedāt : nec tētent ipsos detonsarū lacerare dentes.  
Ipsi doctores ecclesie et prepositi nō ne tibi uidētur dentes  
quidā q̄ redargutiōis beniuole uelut morsibus subiectos cō/  
uincūt diiudicat manifestat et ad molliorē emolliūt statū :  
q̄ si tu predurus es et emolliri nō potes / qd remordere pa/  
ras : An nō te remordes q ūl ī occultō detrahis uel palā cōtra  
dicis : Quid dētē cōtra dētē pas : dētē iprobū contra dētem  
piū. Mordere potes sed cōsumere nō potes. Dētes enī sūt :  
et duri sūt et firmi et detrahētes nō metuūt : memores se cū  
propheta inter scorpiōes et icredulos cōmorari / et siūl oues  
missos iter lupos ut ipsos lupos ī oues rōnabili tolerantia et  
exhortatiōē cōmutēt. Et bene detosarū dicūtur q̄ illoꝝ nō  
sint morsus fugiēdi q̄ bonoꝝ opū exēpla sicut uellera que/  
dā subiectis ministrat. Nō tamē usus dentiū ī alienis tantū  
remordendis et cōuincendis erroribus extimatur. Est et po/  
tior qdā eoꝝ usus. Si qui idonei sūt solidum celestis edulii  
mādere panem et sublimioris doctrine secretos diiudicare  
et dissenserere intellectus / qbus nō īā lacte opus est : sed solido  
cibo ipsūq; quodāmō attenuare et ifirmare possunt : et quo/  
dā tēpamento ūl dispensationis uel sobriū reddere qui ad so/  
lidum p se insufficientes erant sed tantūmodo lacūs p̄tici /

pes. Quoddā enim solidioris instrumenti ad manden dum  
utūtur ministerio qui exercitatos habēt sensus ad discretio  
nē boni et mali / immo etiam boni et boni : non tantum iudi  
cantes inter noctem et diem : sed omnem iudicantes diem .  
Et iure de lauacro ascendere dicit / ut mundando cordi stu  
diosos probet / eo q̄ mundis corde diuina sit re promissa co  
gnitio : Vides quō lotos et irreprehēsibiles esse oportet eos  
qui alioꝝ excessus debēt remordere et corripi ? Qūo lotos  
et mundos corde q̄ diuini sermonis dispēsare debent alimo  
niam / et archanos fortioris uerbi discutere sensus & sapiētie  
intima rimari / et ruminare in sancta & Dētes tui quasi grex  
detonsax . Quare ergo quasi grex ? Utiqꝝ q̄ se se non ipu  
gnent et aduersent̄ sibi : sed in simplicitate et unitate sēsus  
sui concināt et cōcordant ecclesie dentes . Quasi grex detō  
saꝝ que ascenderūt de lauacro . Veterē enim deponētes ho  
minem / et onere supuacuo leuati ac loti alacrius ad supiora  
cōscendūt : Siquidē ipsi pili ueteres oneri iam esse incipiūt  
quom primo noua uellera germināt : quom hyems trāsūt :  
quom ymber abiit et recessit . Ideoꝝ si ueteri et supuacuo  
leuium et inaniū reꝝ uellere te inuolui adbuc necessarium  
ducis . Nondū tibi hyemalia cōglate mentis frigora trāsie  
rūt . Bene enī detōsi et de lauacro ascēdunt q̄si nihil ueteris  
uel sarcine uel sordis hēntes . Attēdis q̄ nō tibi sufficit de  
tōderi nō sufficit exonerari / nō sufficit lotū et nouū fieri / ni  
si statū ascēdas et spū incedas : q̄ renouaueris ispū . Si spiritu  
inquit uiuimus / spiritu et ambulemus . Tu igitur si ascē  
dere disponis / ascende semper de lauacro / semper nouus et  
mūdus . Laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis :  
Aut si te peccatum nō quasi nox inuoluit / sed sicut nubes  
preteruolat : tu tamen lauare per singulas nubes etiam le  
uium uestigia delictorum lachrymis dele . Hic enim in con  
ualle lachrymarum locus est lauaci . Quid ē q̄ sordes cō  
gesta et peccati purgamenta futuri reseruas lauacro seculi ?  
Quid scis si non erit illie cōflatorium magis q̄ lauacrum ?

Nam que id facile poterant ablui ibi non tam misericordie  
 quā in spiritu iudicii et ardoris purgantur . Et felix quis  
 seculo non quasi de ceno / sed quasi de lauacro ascēdit: nō  
 habens necesse / ut aliquid in se lauet / sed est mundus tō  
 tus . Iste plane dignus habet dealbatis dentibus . i . anime  
 sensibus panem angelorum manducare / non iam panem dolo  
 ris / sed panem qui letificat cor hominis . Illum utiqꝫ panē  
 quem significauit propheta dicens : Satiabor cum apparu  
 erit gloria tua . sic enim illa nos gloria / dum apparet / pa  
 scit / reficit: dum reuelatur huius siquidē glorie reuelatio  
 plena quid est / nisi sapiētia uera ? Que nos ad seipsum edē  
 dum inuitans non alias a nobis manditur / nisi cum illam  
 meditamur : uelut uitales pure mentis delicias: et indefici  
 entem refectionem . Hic ergo purgatos et exercitatos ani  
 mi sensus habeamus : non iam ad discretionem boni et ma  
 li: sed tantū ad pceptionem tanti boni . Attitemus hic cre  
 bro quod ibi continue agemus : preoccupemus frequenter  
 in quo inde sinenter occupandi erimus . Summū nobis hic  
 negotium sit: quod solum ibi erit . Contēplatio nanc⁹ sapi  
 entie eterna rfectio est . Nihil omnino spiritualibus anime  
 dentibus dulcius ruminatur / quam ille panis uiuus : qui  
 patri ait: Hec est uita eterna ut cognoscant te uerum deūs  
 et quēm misisti iesum christum . qui uiuit et regnat deus  
 per omnia seculorum Amen .

**Sermo. XXIII.**

**A**distis precedenti cōmendatos sermone spōse den  
 tes iure quidē qꝫ non exigua sit pulchritudinis rō i  
 dentibus posita si candidi sunt: si equaliter cōserti  
 Nec tantū actitudo sed et utilitas i dentibus placet . Quid  
 enī loānes in apocalipsi īuolutum quod sibi ab angelo por  
 rectum est: quō comedere uolumen sine idoneis ad tales  
 cibum dentibus . Durus uidebatur cibus liber integer: et  
 ideo dentibus opus erat / qui illum comminuerent inte  
 grum et emollirent durum : ut leuius deglutiri posset .

Et bonus plane deus intelligentia exercitata / intelligentia  
spiritualis: que omnia dijudicat: omnia discutit: omnia  
ruminat / et scrutatus etiam profunda dei : que etiam ipsa  
iuxta libri medullam mandit: et intima sapientie / come  
dit uiscera. Stultus sicut scriptum est complicat manus su  
as / et comedit uiscera sua. Cibus iste cruentus / cibus carna  
lis est: cibus qui perit / immo qui perimit. Quam dulcius  
et utilius uiscera sapientie comeduntur: et sacri uerbi ar  
chana Non potest cruentis attingi dentibus sed lotis et can  
didis / quia candor est ipsa lucis eterne: et ipsius sponsi de  
tes lacte candidiores dicuntur: propterea tales in sponsa  
commendat qui suis sint similes. Dentes tui sicut grex de  
toniarum: que ascenderunt de Iauacro. Non modo loros:  
sed liberos oportet mentis sensus habere. Siquis illos ad di  
uini uerbi scrutinium parat . Omnes gemellis fetibus: et  
sterilis non est in eis. sterilitas reputatur: si uel uno fueris  
fetu contentus si potuisti ad sacramentum aliquem in scrip  
turis intellectum pertingere: unum iam peperisti fetum.  
Bonus profectus et ingens: sed inficiens sacrato sensui / si  
affactus non respondeat. Sterilis est intelligentia: quā nō  
coeuia et germana comitatur deuotio. Vbiq; tibi in scriptu  
ris spargitur quasi semen quoddam: unde gemellum hunc  
possis fetum concipere: non tantū subtilia: sed et suauia  
ibi sunt oīa . Et preceptū domini lucidū est: et ignitū elo  
quiū. Sterile ē in te uerbū dei / ex qua p̄t̄ hoꝝ alteꝝ non  
operatur: si p̄ intellectiuam uidet: sed gelido adhuc riges  
affectu: non est sterilis et inefficax reputatur i te uerbi dei  
virtus ignea ? Deniq; et si ad ignem spectat ut illuminet /  
multo amplius ut succendat. Verbum inquit dominus qđ  
egreditur de ore meo / non reuertetur ad me uacuū / sed fa  
ciet et prospabit in hiis ad que misi illud. Ad que ? Habes  
in euangelio / Ignē ueni mittere in terrā / et quid uolo nisi  
ut succendaē ? si enī est uerbum dei: et in eo sicut apud Iob  
legis: et lux et estus spargitur sup terram. Sed nescio quo

pacto lux aplius germinauit: et dilexerunt homines magis lucē q̄  
feruorē: nisi q̄ ipsi magis sibi de luce placent: q̄ id ipsū qd lu-  
ce non amplectunt̄. An nō tibi uideſ dedicisse naturā ignis nō  
succendēs. Cū audis aliquē quasi gloriante et dicente: non me  
ille scripture sacre sermo edificat: quid aliud uideſ tibi dicere q̄  
pdidit in me efficaciā uerbum ignitum: non me succedit: non  
inflāmat: non exerceſ in me uim genitalē: Sterilitatē suam im-  
putat uerbo: qd quantum in ſe eſt crescit et fructificat. Quam  
gloriosa frater iacentia quod non te sermo diuīus edificat: qui  
iſta loqueris: forsitan euersa et euulsa: non dum ſunt uetera: iō  
noua ſuperedificari non ualent. Non germinare non gigni. Fe-  
lix in quo amoris mundi desiccatus eſt humor et uigor deficit  
In eo facile igniti uerbi uis operatur. Verbum dei et lucet et ar-  
det. Neutra in te uirtute priueſ: ſed geminū de iſto ſemine con-  
cipe fetum. Sterilis reputatur uterus: qui iſtis feribus nō graui-  
datur. In christo iefu neq̄ circuncisio aliquid ualet neq̄ prepu-  
tium: ſed fides que p dilectionem operatur. Bonus plane fetus  
dilectio: quia caritas in fructibus ſpūs cōnumeratur: Deniq̄ ue-  
lut gemelli fetus gemina caritas. Diliges dnūm deum tuum ex  
toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota mente tua: Hoc  
eſt maximum et primum mandatum. Secundū ſimile ē huic: di-  
liges proximū tuum ſicut te ipsum: Illud primum: iſtud ſecun-  
dum: utrūq̄ maximnm: quia iſtud ſimile illi. Boni et ſuffici-  
entes iſti fetus gemelli: q̄a in hiis tota lex pendet et pphete: de-  
niq̄ et finis precepti caritas: que ēt alibi uinculū pfectois dicit̄  
Et ḡrue de coccineo uīculo ſequit̄: de quo i laude labiorū ſpon-  
ſe aſumpta ē ſimilitudo: Sicut uicta coccinea labia tua: Ea enī  
labia ligant et rutilant: que de tali uentris fructu loquunt̄. Co-  
cepta in corde caritas: quaſi ignis flāmigerans coccineo colore  
labia infici p que erumpit. Calor de excelſo miſſus i corde ger-  
manū labiis preſtat colorē. Quid. n. aliud ſibi uult qd coccinea  
dicunt̄: niſi quod in hoc flāmea demōstrāt̄: eo q̄ coccus igneo  
rubet colore: Labia hec non iam altaris carbone purgari idigēt̄  
et exteriori igne aduri. Ipsiſ enim de interiori flāma iā flāmea

sunt et conceptum uisceribus ignem de excelso aliis seminant . Salutarem utique disseminant scientiam : legem ignis : quem dominus uenit in terram mittere / bene coccinea labia : que hunc ignem non solum in terram : sed et in celum mittunt . Deniq; et ipsum dominum celi succendunt . Ideo coccinea commendat labia q; illi coccinea sunt / q; illi calentia uidentur q; illa flammae se-  
tit : et imutuam amplius succendunt caritatem . Mira res ignis ipse est / et nostris tamen inardescit scintillis . Quid ni? Et gla-  
dius est uerbum dei / et tamē uulneratur . Vulnerasti cor meum  
soror mea sponsa / uulnerasti cor meum in uno oculoꝝ tuorum  
Ita et ignis est et tamen inflammatur / uulneratur oculo : labio ī  
flammatur ēt et ligatur : ideo uicta cōpatitur . Sed caritas uulnus  
est / caritas uicta est / caritas coccus est : Vides q; acuta q; tenax  
q; ignea est caritas ? Talibus in orando utere labiis : tenaci uelut  
uicta uinculo memorie cordi tuo dilectum astringe / adglutina  
succende illum successo affectu / q; dulce sit dicat et alludat tibi :  
Ignitum eloquim tuum uehementer . et sponsus tuus elegit illā  
Obsculare me obsculo oris tui / quia pulcra sunt labia tua sicut  
uicta coccinea . Obsculandi siquidem desiderium labioꝝ innuit  
commendatio . Labia tua suis desiderat imprimi : ut fiat os unū  
et labium unum : et post impressionem dicat tibi . Hoc nunc os ex  
ore meo : et labium de labio meo . Diffusa est grā in labiis eius :  
in tua se refundit : et de coco suo : tua sunt effecta coccinea . Bo-  
na impressio que tantam exprimit gratiam in labiis sponse / me  
mineris tamen non me nūc labia significare carnalia sed spūlia  
sed interiora : sed illa de quibus apostolus loquitur : Cantantes  
et psallentes in cordibus uestris domino . Si sponsa es in hoc u-  
num debēt esse constricta : debent esse succensa labia tua : ut di-  
lecto tuo supplicant : ut confabulentur cum illo : ut illi canant :  
et dicas cum propheta : Exultabunt labia mea cum cantauero  
tibi . In tam sancta confabulatione nil sit in labiis tuis fluidum :  
et quasi uicta sint nil frigidum : et hēs illi coccinea . Quis mihi  
det Iesu bone talia hēre labia ī cōferēdis tecū sermōibus / tā p̄op-  
ta / tā exēpta / tam succensa : succensa et exultantia ut tantū tibi

cantēt et de te cantent ? Talia sint utinam labia mea : que subtili quodam ductu et succenso affectu / indirupte meditationis funiculi coccinei specimen exprimat . Huius labium in sponsa christus commendat non tantum in oratione : sed etiam in exhortatione : ut potens sit exortari in doctrina sua . Que enim se labia in eius alloquio astringunt / iure quidem salutarem diffundunt et disseminant scientiam . Si dulci et feruida utantur ratione / ut audientium corda excitent coccinea sunt / quia inflammativa / si uero simul exhortentur et doceant : et ea doceant que sanam doceant doctrinam / que regulis concinant fidei : iam quasi uicta sunt : et non solum salutarem / sed etiam insolubilem disseminant scientiam . Quid enim tam sibi coherens / tam tenax / tam insolubili contextum nodo / q̄ ratio fidei ? Talia Paulus discipulos informabat dicens . Attende exhortationi doctrine . Sed et in sermone communi / ubi fidei non tractantur mysteria / etiam sic uicte coccinee labia tua conferuntur / si fuerit sermo tuus subtili mensura districtus et discretus et parcus / et grato ue recundie rubore coloratus . Si crucis christi osculo alloquio eo frequenter quo libenter mensuram usurpet . O beata hec labia / christi et osculo et alloquio uere digna : labia tam sincera et tā succensa : in fide sincera : et in amore succensa . succensio ista de intimis et de summis est : nil habens de infimis . Nam est successio quedam de inferius erumpens . Iacobus ait . Lingua modicū membrum inflamat rotam natuitatis : inflamata et ipsa age benna . Quomodo potest bene inflammare lingua tam pessime inflammata ? Viciate natuitatis mobilis corruptela per se nimis rotatur ad malum : et uolubilitate propria fertur in preceps . Et quid necesse est inflammare rotam hanc que firmari non potest : sed per se fertur in malum ? Denique diligenter appositum est cor hominis in malum ab adolescentia sua . A prima natuitate impulsa nescit cursum inflectere : et tu il lam lingua praua impellis amplius et inflamas ? Lingua praua iracundie : et indignationes occasiones requirit : iniu-

rias : uel flans simulat : uel ueras exagerat / quas debuerat dis  
simulare : ad offensam officia etiam interpretatur : et uenenati  
sermonis scintillas adhibet / ad commouēdum cor suum . Quid  
lingua nequam cordi tuo talem adhibes flammam ? Sufficiat il  
li flamma sua : sufficiat illi concupiscentie ardor carnalis : et le  
uitatis calor innate : quibus cor tuum ac si uolubilis rota impel  
litur . Hanc tibi flammam natuuitas prima ingenuit : sed rena  
scendi gratia restringit . Noli ignem igni adhibere : et concupi  
scentie addere malitiā . Ignem hunc quem euomis : hauris de ge  
henna . Inde incipit : et illo rapit . Lingua inquit inflammat a  
gehenna / Lingua hec male coccinea est : sed uicta non est . Non  
enim ligat sed dissipat . Male succedit : quia succidit unita :  
quia discidii uerba scintillat / et flamma talis de inferis est .  
Nam flamma que defusum est / pudica est / pacifica est / bonis  
consentiens / et bonos faciens . Verbum enim dulce et multipli  
cat amicos : et mitigat inimicos . Quasi si flammam flamma con  
sumit / inferiorem superior infernalem celestis / dum sapiens et  
suave uerbum uincit malignum . et dulce durū emollit / et ideo  
dicit : Sicut uicta coccinea labia tua : et eloquium tuum dulce .  
Non enim decent sponsam nisi uerba dulcia : uerba amoris / uer  
ba que delicati funiculi uice fungantur : uerba que sponsum ir  
retiant et trahant uinculis charitatis . Felix anima que huius no  
uit dulcium uerborum nectere retia / quibus Iesum illaqueet /  
alliget uerbum patris : animum affectibus uel affatibus christū  
includat : amatorio detineat sermone et delectet / ut eius eloqui  
um dulce sit ei qui habet uerba uite eterne : et est uerbum eternū  
Qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus . Per om  
nia seculorum : Amen

**SERMO. LXXXIII.**

**Q**uam suaves sunt putas sponse gene que mandi pos-  
sunt: que salubris fructus obtinet gratiam. Et re uera  
etiam corporales genas alicuius ita grata uideas uenu-  
state refertas: ut ipsa exterior facies intuentum animos  
reficere possit: et de interiori quam inuit cibare gratia. Venustas  
uultus metem interpretatur: et inter nos affectus facies loquitur,  
Videsq; consequenter post candidos dentes et coccinea labra: ge-  
narum inducitur mentio. Gene satis germane sunt labii: et ipsius  
tacentibus quodam visibili uerbo mentis archana demonstrant.  
Gene ipsa uocis usum habent et oris: aut supplant officium: aut  
amplius exornat. Quantuus fuerit dulcis et feruidus sermo: oem  
eius gratiam procax uultus exasperat: et leuitate sua eloqui gra-  
uitatem imminuit. Ideo de genis sequitur: q; earum modesta ma-  
turitas coccinei labii accumulet gratiam. Deniq; quadam earum  
maturitatem tacite uidetur inuere: quas fructu cparauit. In fruc-  
tibus enim semper grata maturitas. Et in precedentibus genas eius  
descripsit ut turturis: eo q; nihil lasciuu: nihil leue: nihil petulans  
in eius appareat uultu. Sed desideriorum estus genas dulci gratia  
deiciat. Affectus anxii uultum lasciuire non sinunt: et amato-  
rie meditationes omnem a genis leuitatem ablongant. Turtur si  
quidem auis solitaria est: auis gemebunda. Talem uult Paulus vir-  
ginem esse: ut sollicita sit quomodo placeat d:o: que dicere soleat:  
Situuit anima mea ad deum fontem uiuu: quando ueniam et appa-  
rebo ante faciem domini. An non tibi uidetur vox bee esse gemen-  
tis. Gemitus tutis dulcis quem genuit amor. Quomodo non gra-  
ues et mature gene: quas gemebundus informat affectus: Gemi-  
tus isti non tantu: gemitus: sed refectionis gratiam tenet. Cibabis  
inquit nos pane lachrymarum. Et in presenti malo punico sponsi  
genas assimilat: eo q; sollicitus et amatorius affectus cognata  
quadam maturitate et uultum uestiat: et cibet intuentes: Relucens  
enim in facie mentis gratia: uidetes quasi reficit: et suam in alios  
transfundit passionem. Non possum non dulciter moueri: dum tale  
penes me uultum depingo: et amatorie gene in me simile gignut

A

affectum dum recogitantur: quanto magis dum uidentur: Nam  
expressior uisio q̄ cogitatus . Pulchre oīo gene in quibus tanta  
uenustas eminet: quas grata commendat būmilitas . Nil in se altū  
habentes: nil rigidnm/ sed que sunt ad modeste humilitatis cōpo  
sitionem quodam discipline exercitio infracte . Sicut fragmen in  
quit malī punici: sic gene tue . An non tibi quasi fractas habuisse  
genas uidentur ille/ qui eas dedit pcutiētibus: dedit uellētibus/ et  
non auertit a conspuētibus . Bona quidem hec fractio p quam intē  
rior cepit uirtus eminere/ et que intra carnis corticē concludebat  
erūpere gratia . Quasi confracta uide tanta dignitas ad passionis  
inaniens se ipsū iniurias . Sed p hec fragmēta salutis se nobis ubar  
tas effudit: Et tu si adimpleas ea que desunt passioni cristi in car  
ne tua/ si portes stigmata cristi yesu in copore tuo/ iam tibi dicit  
cristus: Quia sicut fragmē malī punici/ sic gene tue: si confracte  
sunt: et quasi crucifice gene tue si quadam edomite et exculte di  
sciplina: nōne tibi uidentur uelut fragmina cuiusdam boni fruc  
tus: Et in consequentibus ad sponsū dicit: Quia gene eius sicut  
areole aromatū/ eo q̄ exarate sunt et culte: et composite aromati  
bus confouendis . Sic et hic sponsē genas sicut fragmen malī puni  
ci esse dicit: Et bona confractio p quam non mors ingreditur/ sed  
spūalis fructus specimē elucet . Bone ergo gene que p hūilitatem  
ita confracte sūt ut fructus inter nos non pdant: sed magis pdant  
grām . Deniq̄ et ipsa mala pūica grātā modesti uultus uerecūdiā  
corticis rubei colore designant: Optimum plane in cristi sponsa  
decoramentum uerecundia: Verecundia quasi aurora quedam  
oīum actuū colorat principia et uirgineo uirtutes reliq̄s uenustat  
pudore . Verecundia bona sua non peculanter iactat: sed parce  
eloquitur contēpta tenuiter innuisse/ et cum urget necessitas yesu  
bone quauta ubiq̄ uerecūdia in sermonibus tuis: q̄ p̄priis parcus  
in laudibus/ quas poteras sufficienter loqui/ tam sine humilitatis  
iactura/ q̄ sine damno ueritatis: Et cum propria exprimeretur;  
tamen nomen suppressit; poterat pleniū loq̄: Sed ipse ad sponsē  
exemplum modesti pudoris colorem assumpsit . Non hanc modo  
predico uerecundiam/ que corporali rubore solet ora refundere:

sed eam que totius cōuersationis uenustat faciem: Nam sicut cor  
 poris ita et cōuersationis gene sunt quedam: in quibus nihil est eo  
 colore grauius: si operum omniū habitus hūilitatem redoleat: si  
 plus occultet incorde q̄ ostendit in facie. Deniq̄ et hic dicit: sicut  
 fragmenta mali punici / sic gene tue absq̄ occultis tuis. Bone gene  
 que sicut nihil habent simulatū / ita multū habent occultatū: que  
 sicut nihil fingunt / sic nec totū effundunt / que minus pretendunt  
 in specie / q̄ tenent in uirtute. Possunt hec ad interiores anime ge  
 nas referri: que in conscientie facie sunt / ubi non homo sed deus ui  
 det. Habet cuiusq; conscientia quandā propriam faciem: Eius ge  
 ne uerecūdo humilitatis rubent colore: si penes se opera nō iactet  
 non magnificet merita / nō illa eximia putet: sed tanta exigua pu  
 deat: Quis enim gloriabit̄ castum se habere cor: Si acepit / quō  
 gloriabit̄ quasi non accepit: Et tamen ipsa que accepit dona / quis  
 intelligit: Nam si delicta non intelligit / q̄to minus dona: Dona  
 desursum sunt / descendūt a patre luminū: Que uero dei sunt / ne  
 mo nouit nisi spūs dei. Ideo si cui deus p spūm suum reuelat: non  
 tam ipse nouit / q̄ spūs dei in illo. Nos inquit Paulus accepimus  
 spūm qui ex deo est: ut sciamus que a deo donata sunt nobis. Nū  
 quid omnia. Aut si omnia scire potuit / nūquid omnino. Ne unū  
 quidem ut arbitror ex integro / et si in flagello non potuit intelli  
 gere donū / utiliter ipsa sibi cōscientia abicondit in parte: et ipse  
 proficiendi amor minus incremēta sui profectus ignorat. Deniq̄  
 non ipsa uirtutū uelut pomoꝝ integritas: sed tantum fragmina  
 in genis sponse eminere dicunt: quia quod in genis est / in euidēti  
 est. Et si nouit quis ueram ī se uirtutis alicuius grām: nūquid cō  
 stantiam / nūquid pseuerantiā: Non est inquit occultatū os meū  
 a te q̄ fecisti in occulto. Etsi mihi occultum est / non tamen tibi.  
 Spiritus enim tuus omnia scrutat̄ etiam occulta mea. Vt inā talia  
 in me occulta multa habeam cognita tibi yesu bone: et condita in  
 thesauris tuis. Periculosa repositio istoꝝ in mea sciētia: Ideo tue  
 magis tuto illa cōmitto. Sed non ego tam illa cōmitto tibi / q̄ tu  
 non cōmittis mihi. Penes te adhuc tutius foues qđ fecisti in ocul  
 to. Nec sponse pfectio tanta siniſ ipsi patere et prodire in genas.

A ii

Sic inquit gene tue absq; occultis tuis. Sunt quedam occulta tem  
pore congruo producēda in lucem et in facie collocanda: Interim  
latent in semine tépore suo plenam acceptura spem. Nūc igitur  
sponsa es: sed nōdum apparet quid eris. Quis putas similis mei  
cum apparuero: et nūc similitudinē tenes in parte: quia ex parte  
cognoscis: Reuelata facie iam gloriā meam specularis: sed tamē  
adhuc transformaris a charitate in charitatē: Dum transformaris  
nōdum integre tenes: Transformari pficere est / nō esse pfectum:  
Perfectum aut̄ tuum nōdum tui / sed iam oculi mei uident: penes  
me iam es qualis futura es: Iam in libro descripta es uite: et in ma  
nibus depinxī te: Facies tua corā me semp / coram me fulget: que  
in te nūc est obfuscata. Iam dragmā ymaginis mee in te iueni: sed  
adhuc quadā squalēt rubigine: et occultat̄ species eius. Iam fides  
tuis rubet in genis / et uite colorē infundit: sed adhuc fidei res est  
in oculto. Ideo sicut fragmen mali punici: sic gene tue absq; ocul  
tis tuis. Grata satis fidei facies: sed de occultis tuis mibi cōmenda  
biliōr appares. Paciētie uirtus in euidenti: et quasi in genis tuis fa  
tis iam placet: sed ego de posteriore te magis estimo gloria. Et re  
uera fratres / nō sunt cōdigne non dico passiones: sed et ipsa patiē  
tia huius téporis ad futuram gloriā que reuelabit̄ in nobis: Cuius  
iam quedā in nobis iacta sunt semina: que occulta opatione se ipsa  
ad maturitatē perducūt: et ad pfecti fructus substātiā. Substātia  
hec p quandam seminalē grām nunc occulta in nobis. Substātia  
mea inquit in iferioribus terre. Vides ubi occultā eam dicit. In ife  
rioribus terre cū eo agitur / q̄ non in infimis. Ego quedā terre su  
periora accipio / quedā inferiora / quedam infima: Superiora sunt  
ipsa corporis hūani natura: Inferiora ipsius nature corruptela: in  
fima quedā iniqtas et culpa de corruptela procedēs / et ipsam ma  
gis corrumpēs. Ideo nō dicit substātiā suam in ifimis: eo q̄ nul  
lum hēat spūalis gratia / que summa pphete substātia cū iniqtate  
comertiū. Sed in iferioribus terre substātia mea: eo q̄ medicinali  
ter gratia spūs in infirmitate carnis sit occultata / et quasi fermētū  
abscondita / sanās et operans / donec absorbeat̄ mortalitas a uita.  
Nam nō debet massa fermentū corrūpere / sed magis a fermento  
in similē cōuerti saporem. Sed et alibi idem dicit: substātia mea

apud te est. Ergo et in inferioribus terre eius substātia est et apud dominū. Distantibus est in locis abscondita in superioribus celi: et in inferioribus terre / in eternitate / et in infirmitate. Ibi p prudentiā: hic p inoperantē grām: et bona gratia que sic uirtutum profectus operatur: ut quedam pfectionis saporem / nobis uicisim aspiret et eructet abscondita mūdo: abscondita in deo / ubi uita nostra abscondita est cū xpō . Et uere multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti sed timētibus te / nō amātibus . Ideo nec sponse forte hec futura dulcedo / illa ipsa oculta sunt sponse / de quibus dicit: ita gene tue absq; occultis tuis . Ideo nō pp illam tantū hec uox facta est: sed pp circūstantes: magis uero pp longe stantes / et pppter resistētes: pp illos qui se timide retrahunt a sc̄tā cōuersatione: et pppter illos q inuide detrahūt. Quoz alii uitam secretam / uitam sanctoz uacuā putant et sine honore. Alii quidē etsi nō uacuam: tamē totum eius excursum cū sumo honore : Nam exitū sine honore suspicari nō audent. Alii uanā: alii amaram religionē putat. Illi nō uenerant: et isti uerentur accedere . Ideo de occultis sponse curauit tenuiter inuere: quasi ex obliquo illos tangens: et istos trahens. dum sic latēter de intimis eius amonuit delitius . Sic inquit gene tue absq; occultis tuis . Ac si dicat. si cognouissent et alii qui bus absconditis adimpletus est uenter o sponia: q facile oia detrimētū facerēt / ut illa lucrarētur; q libēter et bona pderēt / et mala pferrent / ut abscondite dulcedinis participes efficerent . Nūc autē abscondita ē ab oculis eorum / que sanctis aiabus in occulto p uices alludit . Grata tamē uicissitudo: que multorū molestias uitiat tē porum: Nec exiles delitie / que in futura tēpora abūdant . Quid egestatē in illa ueremini ? Deditie in occultis eius: et abundantes delitie . Abundantia enim in turribus tuis o sponia . Deniq; sicut turris dauid collum tuum: et si latent delitie / sed uirtus eminet: Quomodo non eminens turri collata ? Sed differamus hunc in crastinum sermonem : Dicturi de hac turre: quod ipsi dauid de derit actor eius et tutor yesus christus . Qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum Amen .

### SERMO. XXV.

A iii

**O**rum fortia ad sponsam et de sponsa loquitur : Nam deli-  
cata in superioribus ibi sic ait . Collū tuū sicut monilia : et  
simile qđ habes in psalmo , dnūs decorē induit / īdūt for-  
titudinē . Bona hec indumenta : quorū unū ornat : alterum armat .  
Primū illud posuit / quod magis propriū sponse uidetur : Nūc se  
ad eius quandā fortitudinē cōuertit . Virtus fortitudinis tanto in  
sponsa pretiosior / quāto rarior . Rara plane : Mulierē eīm fortem  
quis inueniet ? Et si pōt : tu tamen yesu bone / nō tam inuenis que  
talis sit / q̄ preuenis ut sit . Non se ipsam turris edificat : sed ipse  
sine quo inuanū laborant edificātes . Et uide q̄ fortem uelit intel-  
ligi : quā turri dauid assimilat . Sicut turris inquit dauid collum  
tuū . Noli in hoc collo inflexibilitatē et duriciā accipere : hec eīm  
nō possunt ad laudem reflecti : sed ad maledictionis sniam prouo-  
cant . Maledictus inquit furor eorū / quia ptinax : et obstinatio / q̄a  
dura : Neruus inquit ferreus ceruix tua . Ad condēnationē intorta  
sunt ista : nō ad cōmendationē prolata . Rrigida puicacitas solet li-  
bertatē mentiri : quam in his uerbis accipio . Sicut turris dauid col-  
lum tuū . Libera plane ceruix / et seruiliis cōditionis ignara / tam  
erecta / tam munita ut turris dauid . Non puto q̄ aliquo abiecte  
seruitutis iugo collū istud atteratur . Graue iugū sup filios adam  
a die nativitatis eorū : Sed hoc iam nō uidetur de filiabus adam .  
Iam ueterē nativitatē regenerationis nouitate mutauit : carnalem  
nesciens adam / exquo transiuit ad xpūm . Exquo secūdo adhesit  
unus spūs effecta cum illo . Ideo libera : quoniā ubi spūs domini :  
ibi libertas qua nos xpūs liberauit . libertas data / non īmata : Nam  
a nativitate eorū graue iugum sup filios adam . Vere graue : q̄  
mulierē illam euangelicā annis decem et octo incuruauerat : ne si  
neret sursum respicere . Multū dissimilē ab ista : que ceruitem in  
turris modū sustulit in celum . Graue plane iugum : quod totū hu-  
manū genus in hac inclinata muliere excutere non poterat depo-  
nere . et nō desinebat ab onere . et iniuitatē super iniuitatem : et  
infirmitatem sup infirmitatem . et utrumq; sup alterum fecunda  
satis / sed infelici nimis fructificatione . Vis audire apponentem  
iugum super iugum ? Audi quali se excusatione unus de unitatis

ab euangelica subduxerat cena. Iuga bouū emi quinq;. O stolida  
 anima: anima tam inualida ceruice/ et attrito collo : unum illud  
 poteras/ quod tibi corrupta imposuit natiuitas/ et plura cōparas .  
 Non indiges emere/ quod gratis innascitur . Alia adiutis emere:  
 et ab hoc coopremeris/ collum eximere non potes . Iuga inquit  
 bouū emi quinq;: et unum hoc tam graue/ tam generale gratis ex  
 cutere non potes : Nec tibi tamen precium suppetit/ unde te redi  
 mas: Nescis q̄ graui iugo teneris/ nisi sanguine christi auferri nō  
 ualet. Abundas ut plura emas: nō abundas ut ab isto te redimas.  
 O misere diuitie tue: satis es locuplex/ nō ut mitiges/ sed ut mul  
 tiplices uincula colli tui/ et compedes aggraues . Sufficiat illud  
 iugum graue quo oppremeris . Iugum hoc si nescis/ quedam est  
 delinquendi necessitas/ et impossibilitas resurgendi. Iugum hoc  
 difficultas est quo ad bonum/ et auiditas ad malum . Iugum hoc  
 et auiditas est/ qua reus teneris ad supplicium/ et infirmitas qua  
 prontus in uitium traheris : Originalia tibi sunt ista/ et de propa  
 ginis uitio: et tu adhuc uoluntaria accumulas onera : Curiositatē  
 quinq; sensuum/ dum exteriores intendis inspeties: interioris cō  
 cupiscentie flāmam prouocas/ que nisi sanguine christi extingui  
 non potest . Cōcupiscentia cum sola est/ satis inardescit: exterior  
 uero materia si accedit/ insanit . Geminum incōmodum nature  
 corruptio/ et curiositas quedam exterius eius irritamenta explo  
 rans . Duplicatum incōmodum/ proprius impetus/ et hostilis im  
 pulsus . Duplicatum incōmodum/ flamma concupiscentie/ et fla  
 tus incendionis . Iuga bouū inquit emi quinq;. Bene utiq; bouū:  
 q; brutas mentes curiositatis atterat labor . Iugum si optas/ non  
 habes necesse comparare : Tolle super te iugum christi: iugum  
 gratuiū / iugum gratum: gratum non graue: Iugum enim  
 inquit meum suave est/ et onus meum leue . Iugum hoc non est  
 iugum bouū: quia iugum rationale est . Iugum non q; laborem  
 infligat/ sed requitem comparat . Et uide quomodo iugum hoc  
 leue dicat: Nam illud superius graue/ quod est sup filios adam  
 a die natiuitatis usq; ad diem mortis eorū . Cuius putas mortis?  
 Vtq; eius de qua habes: Mortui estis/ et uita ueltra abscondita

A. iiiii

est cum christo in deo. Bona hec mors/que ueterem sepellit natuitatem/nouam inducit. Mors bona que seruitute absorbet, generat libertatem: Nam huius natuitatis liberi sunt filii. Bonus hic exitus uite: ut ueterem exuentes adam/simul graue iugū abiciamus. Hic uite carnalis exitus/captiuitatis nostre iugū disrūpit: ultra grauare nō potest. sed computrescit a facie olei/exquo cepimus nomine alio uocari: et inuocatum est super nos nomen secundi adam: cuīns ut oleum effusum nomen eius. Vis audire utrumq; iugum hoc graue et dirumpi et putrescere? Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Iniquitas tota et semen dimittitur/diruptum est iugum; infirmitas adhuc sanatur/iugum computrescit. Deniq; quod computrescit/lente deficit: non desinit semel. propositū uoluntatis preceidi quidem potest/et quasi disrumpi: sed inueterata passio non tam deciditur q; dediscitur. Et quando operande salutis impossibilitas aufertur per gratiam: tunc quasi dirumpitur captiuitatis iugum. Sed que residet adhuc boni difficultas/dum paulatim sanatur/eius uidetur iugum computrescere. Computrescit inquit et quāuis non semel totum: tamen quandoq; putredine confidendum donet intelligi: Quod computrescit/utiq; corruptitur. Quō non liber/ cuius iugū uel semen dirūpitur/ uel sensu corrūpitur. Et iugum et uinculū corruptum/utrūq; usu suo priuatum uidetur: Nam hoc grauiter premit/ nec tenaciter stringit. Felix plane cuius cōputruerunt uincula: ut nō nulli sint usui: cuius computruerūt et corrupte sunt cathene a facie olei. Sed dices: de collo sponse sermonem institueras: quid nūc circa iugum īmoraris? Quid de iugo ad collū? Utinam nihil. Nūc autē contritio magna: iugū enim ad quid nisi ad collum? Sed non ad collū sponse: quia iam soluta uincula colli eius: iam nescit seruitutis iugo contineri. Sicut turris inq̄t dauid/sic collum tuū. Exuberantissima monstrat libertas: et depressione a bono libera/non tamē nuda: Sed que habeat aliqd fortitudinis admixtū. In turre non solum erectio: sed munimenti fortitudo attendit a facie inimici. Restitu

ta ē qdem libertas: sed securitas tibi nōdū pmittit. Captiuitatis  
contritus est laqueus: hostis aliunde querit innectere: Ius pdidit:  
depositus recuperandi spem / non puicaciā infestandi: liber effectus  
es: libertatis tuende decetero tibi incūbit negotiū. Collū ample  
xibus sponse deditū: noli ne īmodico quidem degeneri exponere  
iugo. Deniq; reuertenti filio/pater obuius procidit super collum  
eius. Pia sarcina / et iugū dulce: qđ tamē sustinere nec sentire me  
ruit: donec primo inse reuersus seruilem conditionē dirupit: sic  
regressus ad patrem. Errecta est ceruix tua: esto fortis sicut tur  
ris dauid: ut dicere possis: fortitudinē meam ad te custodiā: Ipse  
enim dauid / ipse salomon xpūs scilicet dei uirtus et dei sapientia.  
Eius turris es: si nō infime / non infirme sentias circa ipsum. Sed  
si sublimitas uirtutis dei / nō ex parte ipsa quasi turris ē: nō turris  
dauid / sed magis aduersus dauid: qui inflatus sensu carnis sue ex  
tollit se aduersus scientiam dei. Sublime hoc collum: sed super  
borū et sublimiū colla sapientia calcat: humiliū exaltat: Humi  
litas ipsa sumptus necessarios subministrat / ad edificationē euan  
gelice turris: Nec uerendū est ne sponse sūptus desint: quos abun  
danter de sponsi potest archa mutuari: Discite inq t a me / quia  
mitis sum et humilis corde. Nōdum intelligis qua ratione sump  
tus humilitas preest in edificatione turris: Qui se inquit hūiliat  
exaltabitur: Et bene de humilitate in precedenti latenter est sub  
iectum capitulo: ubi sponse occulta cōmemorat: eo qđ humilita  
tis pulchra sit species meritorum laudes occultare: si ibi de humi  
litate / cōuenienter de sublimitate istic annectit. Vide priuilegiū  
sponse: Apostolus Petrus hortatur nos cohedificari in domos  
spirituales: Hic uero non tantum in domū / sed etiam in turrim  
uel turris edificatur: Paulus in habitaculum dei cohedificari nos  
optat: Sed sponsa hoc non contenta / etiam propugnacula adiun  
git: ut sublimis et securior sit habitatio: Forte et hec una de illis  
turris est / de quibus dicitur: Fiat pax in uirtute tua / et abundan  
tia in turribus tuis. Omnino conuenit / ut in turre non desit  
libertas dura: Quia duplicata necessitas: ubi foris obsidio:

fames intrinsecus. Quid perficit clausos et munitos esse aditus omnes / si intus seuus hostis fames intrinsecus / que cuncta contristat: Mala fames fastidiū : clause sunt ianue / exteriōres muniti aditus ; si per sensuum tuorū fenestras mors nō ingreditur : nec experientia indisciplinatorū sensuum de exteriori materia mali incentitia ad mittit : Si proicis auaritiā ex calūnia : si obturas aurem ne audias sanguinē : si claudis oculos ne uideas malum . iam clausus es : iam habitas in excelsis : et munimēta saxorū sublimitas tua . Nūquid satis est ? Quid prodest tam munita sublimitas / si que intus sunt famis et fastidii uastat fidelis egestas . Quid prodest dura saxorū et inaccesſa sublimitas : si nō ibi panis est : si no aque fideles sunt ? Bona quidē protectio / si tamē non desit refection . Bona sunt munimēta saxorum : si tamen talia sint / de quorū possit duritia et mel et oleum elici . Et quidem ipsa obseruantiarū duritia / et petra discipline frequēter largos effundit riuos olei : et mētis faucibus dulce mel deuotionis ministrat : Ordinis quidam lapideus rigor . De niq; sic habes : Fiat pax in uirtute tua / et abundātia in turribus tuis o ierusalē . sed abundātia diligētibus te . Alioquin qui nō amat et si intus sit / exurit tamē . Quomodo autē egestas in hac spirituali turre / in turre dauid / in collo sponse / in quo iugū cometio spūs uitalis trahitur et refunditur : In quo uerbi sacri cōmeatus assiduus est : et uocalis spiritus discurrit . Quomodo fames in collo / per quod abundantia suavitatis eructatur : et uerbum bonum de cordis ubertate : Collum quoddam uidetur cometium : et quoddam glutinum : et cordis cum ore : et corporis cum capite utriusq; ad alterum . In collo uinculum est et uia . Quid aliud erit uinculum nisi charitas / per quā capiti corpus coheret christo ecclesia ? Que alia uia spiritus / nisi charitas ? Hec excellentior est uia : ymo hec est spiritus uadens et rediens / et ad suam recurrens originem : unde nascitur ille reuertens . Ab hac lex pendet et prophete : Ideo mille clipei pendent ex ea . Omnis enim sermo domini / ignitus clipeus est : et propugnacula ipsa ad sermonem referuntur . In sequentibus dicit : Si murus est edificemus super eum propugnacula argētea . Propugnacula de ipsa solēt ēē turris materia : et quasi de

eadem cū ipsa corpore . Et uide quō causat cōsubstantialia / et corporalia propugnacula gestat . V ide quō innata sit charitati sollicitorum quedam / prudētia quedam / et pugna cautio ad declinandas uel depellendas infestationes et machinas hostiles : Habet propugnacula aliquid clausum : habet et aptum aliqd . Per istud insidias explorat : p illud insidias declinat : Illic prouidens : istic se protegens . Talis ē charitas cū propugnaculis edificata : quia talis ē etiam fortis / tam prudēs sollicitudo innata : Ipsa magnū est sibi firmamentū quoddam . Deniq; fortis ē ut turris dilectio : Ipsa nouit tentamēti occasiones : et cū opus est fugere / et ubi fugiendi nō est copia fortiter ferre : et cū ipsa inse firmamēti habere uideat : aliena tamē adiumēta nō refugit / propugnaculis munita / assumit et clipeos cōuersationis : Bonus clipeus cōuersatiōis ordo / et lex ab hominibus tradita : Hec et si nō est charitatis necessaria : non tamen reputatur supuacua / nec onerosa quidē : Spūalis est charitas : nec indiget legē : nec tamē legi dedita : sed legitime utitur ea ptecta nō oppressa . Bonus etiā clipeus sacri meditatio uerbi : Omnis eīm sermo dnī / ignitus clipeus est : Non ē cōtentā charitas spūalitatis / quas ipse gignit meditatōibus . et cū ipsa domini lex sit : in ipsis tamen legis sermonibus meditat̄ . ibi inde sibi testimonia assumit : inde se tuetur / et multipli ptegit clipeo : Et cū magnū hēat intus testimoniū spūs : ab ipsis tamē litteris sacris patrocinia sibi decerpit . Et bona protectio : quam charitatis experientia suggerit : uel sermonis sacri peritia tradit . Paulus in epistola sua quedā charitatis tibi propugnacula depingit : Charitas inquit patiens est / benigna est : Precurre totum illum de charitate locum : nōne tibi tot propugnacula uidentur exurgere : quot gratias distinctas enumerat ? Non emulatur : non agit perperam : non inflatur : non est ambitiosa : non querit que sua sunt : non gaudet super iniquitatem : congaudet autem ueritati etcetera . usq; non excedit . Vides quot propugnaculis consistat ? Nunquid non ista concorporalia charitati uidentur : et uelut de fundamento eius exurgere ? Et tamen istos affectus quos charitas quasi naturaliter gignit : doctrina dirigit : disciplia regit : erigit exercitatio : et bonū originale q̄tum

ad charitatē: ordo hic ab expertis prescriptus uel fouet ut deficiat:  
uel promouet ut crescat. Ideo chatitas interna inspiratione nō con-  
tēta sermōis sacri undiq; sibi uelut clipeos institutōes memoriter  
appendit: Ipsum inspice sponsum, q; mediator et sequester quidā  
est inter hoies et deum / quasi collū mediū inter corpus et caput:  
turris fortitudinis a facie inimici . Ipsum inq; inspice / qui p̄priis  
abūdabat quō assumpsit scripture clipeos / et uelut ad auctoritatē  
se cōtūlit / scuto unitatis fraudulētas iterpretis maligni p̄pulsans  
insidias. Tu quoq; si fueris mediator quidā / et sequester inter ho-  
mines et deū: et uelut collū / corpus et caput cōiungens: mille cli-  
pei inte p̄deant oīmodi clipei diuini sermōis: sacra tibi presto sit  
auctoritas / et ad omne patrocinet negociū; nō tantū ut tibi suffi-  
ciat: sed ut reliq; abūdet. Esto paratus ad reddendā rōnem omni  
poscenti de ea / et que inte ē fide et spe. Quasi poscere uidet fidei  
tue rōnem / q; fidei cōtraria p̄suadere conat. et ipsum infringere.  
Bonū ergo a collo tuo scutū pendet / si fueris scuto fidei mūitus:  
scuto ueritatis / scuto bone uolūtatis / sacri scuto sermōis. Oēs hos  
in scripturis clipeos legis: Sed etsi fueris in sublime p̄ charitatem  
erectus uelut turris: si p̄ contéplationis grām quasi collū reliquū  
corpus excedēs / accedas ad caput dñi / et abscondaris in abscondito  
faciei dñi / in secretario sponsi / in thalamo ueritatis. Nōne tibi ui-  
detur delicato p̄tectus clipeo: Et nescio si quod scutū ad p̄tegē-  
dum efficacius sit / q; talis amplexus dilecti: Igneus ē; et ideo oia  
tela nequissimi ignea extīguit: et ignis ignē cōsumit / si fidei scu-  
tum illa extīguit: quō nō magis ueritatis bono protegēt clipeo:  
qui abscondit in calore eius: Est eīm ueritatis feruida meditatio:  
et suggestiones inimici malo ignitas / male extīguit / q; ad montē  
ptingant. Inter sponsi amplexus grām experit sola dilectio / sola  
tales nouit excessus / et mentē faciens adherere deo / unū ad horā  
cum illo spūm efficit . Beatum plane collū in quo sermo domini  
igneus moratur / a quo uelut scutum gratis dependet amplexibus  
patris uerbum ueritas et uirtus . An non tibi delicate protectus  
uidetur: qui talibus coronatur / et circundatur undique scutis  
ante et retro? Fidelis paxillus i quo tot diuersa uasorū genera pen-

dent. Bene hec a collo charitatis p̄edent: q̄ ipsa sit unctio que nos docet de oībus: et oīa suggesterit: q̄ in ipsa oēs gratie conferunt: et referunt ad ipsam: ut ex ipsius pensant et pendunt mēsura. Mille clipei pendet ex ea/ armatura oīs fortium. Armatura plane quam Paulus ad ephesios narrat: Omnis armatura fortū.i.amantium. Fortis est eīm ut mors dilectio. Quid ergo: Tamē ibi sunt arma fortū/nō infantū ubera: Si excedit quasi turris quedā/charitas nō cōsentit. Siue mente excedimus deo/ siue sobrii sumus nobis: charitas xp̄i urget nos: Audistis excedentē: uultis sobriā et cōde scendentē accipe sponsam: Vbera inquit tua sicut duo hynuli capree gemelli. Bona turris sponsa/ que se p̄ cōuersatōis disciplinā undiq̄ claudit: et p̄ scripturarū doctrinā sibi clipeos copiose ap̄ p̄edit: et p̄ contēplationis excessum in sublime assurgit. Ipsius ēt continētia fortis: et doctrina fidelis: et excessus celestis: tū et eius sublimitas cōdescendere didicit: et doctrine copie ad sobrietatē deduci: et rigor liquefcere in q̄dam rōnabilis lactis dulcedinē: et arma fortū in ifirmorū ubera cōuerti. Vbiq̄ illā urget charitas xp̄i: sursum ad illū rapiens: deorsum p̄p̄ illum trahens: Sed non tenēs diutius/dū ad suas subīde delicias i excessum recurrit. Ideo dicit: ubera tua sicut hynnli gemelli: q̄ semp circūspicit mōtes pascue sue: q̄ ad pascue locū illā cōuertat et rapiat uota refectio: q̄ ad sponsi lilia leui saltu subito relabat: Vnde delicata refecta celestiū succis herbarū: distēta ubera ad puulos iteratos reportet. Sed que de uberibus istis dicēda sunt: non possunt aures fatigate forsitan et hora fugiēs portare modo: et potum lactis ab uberibus istis exprimere. Vberius ociū et horā liberiore orantibus nobis: cū dn̄s dederit oris nostri officiū/nō denegabo ipso i eius preco nia prestante copiam que prestat effectū xp̄o yesu: Qui cum deo patre et sp̄u sc̄to uiuit et regnat p̄ oīa seculoz amen.

### SERMO. XXVI.

**I**detis fratres quomō nec ubera sponse laude priuantur. Et quidem uberum usurpatio frequēs/ tum in aliis locis/ tum in istis precipue canticis. Vino ubera prefert: botro confert: assimilat turri: Et quod nunc in presenti est: duo inquit ubera tua/ sicut duo hynuli capree gemelli/ qui pascuntur

in liliis. Videtis q̄ multiplex uberū cōmendatio. Si mater ē / ma  
ter mei : pectus uberibus carere nō decet. V bera nouerat Paulus  
hēre cū diceret: Facti sumus paruuli i medio uestrū: quō si nutrix  
foueat filios suos. An nō tibi uidet factus quasi hynulus: q̄ factus  
ē quasi paruulus ? Vnde fouebat filios quali nutrix, si nō habebat  
ubera ? Quasi duo hinuli capree: duo filii ecclesie: alter de circūci  
sione: alter de gētibus . Vide quō paulus utrisq; ubera coaptat:  
Factus sum iquit iudeis quasi iudeus: his qui sine lege erāt / quasi  
sine lege eēm : Omnibus omnia factus sū: ut oēs lucrificiā . An nō  
ubera hynulis istis coaptauerat, omnia factus omnibus ? Omnibus  
omnia factus ē pro audientiū capacitate / et precipiēs moralia / et  
differēs mīstica. In hac dupli ci materia uelut duo ubera porrigit  
doctrine: planioris lactea ubera paruulis tēperans. Interna cōpas  
sio ubera quidē hēt: sed coaptatio foris ubera exhibet. illa miserec  
sed ista medet . Quid. n. mihi prodest si tantū cōpateris / et infir  
mitati et quasi infantie mee contēperare te cōmode nescis ? Quid  
mihi pdest si compatiētis affectu cām intē meam trāssers: si curā  
quā debes non affers. Vtraq; necessaria est / et cōpassio / et quedā  
discipline et doctrine cōpositio. Cōpassio affectū cōfirmat: cōpo  
sitio te ad lactandū puulos utiliter icuruat. Neutro i genere sc̄i  
doctores auditoribus desunt / facti sicut illi / et pietatis affectu / et  
cōformationis usu: Vtinā istud attēdant: qui facturi sūt incōuetū  
fratrū sermonē: Studēt magis alta q̄ apta dicere / faciētes apud in  
firmas itelligētias miraculū sui: no iploꝝ salutē operātes. Erube  
scūt hūilia et plana docere / ne sola hec scisse uideant. Erubescunt  
ubera hēre / nudare māmā / lactare puulos. Quid istud ē ? Ideo ne  
cōsedisti i medio / cathedrā tenēs ut sciām iactes: an ut tenerā sub  
ditoꝝ iactes infantīā ? Subtilia texis / artem qui audiūt / mira rōne  
eloquētiā laudāt. Bene quidē tamē si grām sentiūt / si te disputāte  
audiētiū moueat affectus / itellectus instruit ? Alioq; n̄ qui ad pre  
sens negociū pegrina quedā adducere que auscultātes no capiat ?  
Magna eloquētie laus ē / cām quā suscepis apte exequi / ad eius cō  
modū cūcta referre / suscepto ileruire negocio. Nusquā euidētius  
eloquētie tue signū dabis: q̄ si hūile materiā exequis ornate / et  
sermois tēpameto atollas: q̄ pse iacere uidebāt et uelut atēptibiles

sententias comedabiliiores efficias; Nec tam debes attendere quod te dicere deceat hominem litteratum quodque debeant audire quos intruis. Quid enim inde consecutur si ambulas in magnis et in mirabilibus non dico super eos quod assident? Noli autem alte sapere; sed comedere humilibus. Sublimia loquens sed non in tempore. Quid aliud affectare uideris: nisi ut tibi soli taceant hoies, et dicat de te quod dictum est de salvatore quod nunquam sic locutus es. Ascendisti cathedram ut alios edifices: non te ipsum intiles, ut imples; non exinanias te ipsum; nisi forte eo modo quo se salvator exanimuit formam serui accipies: ut nos carnis sive lacte nutritur in salute. Bonus imitator magistri Paulus: ubera non occultat sed here se iactat. Tamen parvulus inquit in Christo lac uobis potum dedi non escam. Et idem: Nihil me arbitror sci re inter uos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. Ipse nouit cui mensam parat: et quibus ubera porrigit. Ideo ubera eius sicut hinuli: quod doctrine sive ubera emollita sunt, qualia parvuli in Christo capere possunt. Audisti iam quod sunt isti hinuli: Et quare duo uis nosse queremelli: quia in fide non est distinctio iudei et greci. Vacat ibi priuilegia meritorum: et regenerationem nullos distinguit que cunctos equaliter absoluit. Oportet enim egent gloria dei iustificari gratis per gratiam ipsius. Fides utrosque populos eque nobilitat sed iudeus aliter reputat: In coeminentia iura sibi priuata depositit. Quid mirum si uult esse primus quando ualuit esse solus? Unde nigeritus esse non potest: affectat uel primo genitus. Vide quam obiecta sunt petro in actibus apostolorum quod ad hoies prepucium hentes icidisset: quod ad illos fidei dedisset miseria. Vide quantum in epula ad romanos paulus desudet aduersum iudeos: quod in gratia sibi tidei priuilegia uedicaret quedam: et quos una fides coniunxit distinguenter gradibus. Ibi affectabatur esse ingratia soli: hic summi uolentes here copares: quos non poterat non habere participes: Gentes autem fecit deus cum israel corporales et coparticipes testamentorum: et in nullo discrevit: fide mundas corda earum. Ideo dicuntur gemelli: quia fides gradibus nullos separat quos eque regenerat: Alioquin qui nesciunt esse gemelli: effecti sunt hinuli: et in conuiuio locum occupantes primi: iam nec habent nouissimum. Que ratio non iter illos tantum uertit: sed se dilatat ad omnes: ut nemo alii in gratia quocunque gradu fuerit aut principium aut parilitatem uidat

Quis enim merita pretendat / ubi in munere sola est gratia / Non  
debent uetera preiudicare / ubi noua facta sunt omnia / Et in hynu-  
lis nouitas intimatur / sicut in gemellis / in regeneratice parilitas /  
qui bene capree dicuntur i.ecclesie filii / Propterea q[uod] sicut caprea  
acute cernat / Acura sunt enim ecclesie lumen contemplantis / no[n]  
que uidentur / sed que no[n] uidentur / Vbera tua sicut duo hyndli  
capree gemelli / qui pascantur in liliis / si tamen liliorum sentiant  
gratiam / si ip[s]is lilia redoleant ut lilia / et non insuauem odorem  
refundant / Bonus et gratus est odor liliu[m] / sed tamen ipsum liliu[m]  
aliis redolet liliu[m] / aliis absinthium / Liliu[m] cōualium / liliu[m] sin-  
gulare christus / lilia erant ip[s]i imitatores eius / Audi quid liliu[m]  
unū loquitur / Christi bonus odor sumus / Alius odor mortis i mor-  
tem / aliis uite adiuuatam / Vides quo singulare liliu[m] illud in quo  
bonorum omniū plenitudo olebat / tristem tamen uidebatur qui  
busdam odorem spiret / Iste sunt qui ponunt dulce in amarum / et  
lucem in tenebras / Sed ille uere inter lilia pascitur / qui liliorum  
odore potitur / Lilia sunt exempla castitatis / que non solu[m] moder-  
na et presentia / sed preterita et longe posita / optime recolent / Li-  
lia sunt etiam sacri sermones / in quibus eterne uite oſfacimus gau-  
dia / et odorum attrahimus spiritum / Quā multis fratres estis hu-  
ius uallati liliis / et si omnes ecclesie filii / nos copiosius / quoru[m] na-  
ribus singulis fere momentis / nunc prophetarū / nūc apostolorum  
nunc euangelistarū aspirant eaſta eloquia tanq[ue] lilia / et uerba et ui-  
ta eorum grato flagrant odore / Que enim lilia suauius redoleat /  
que poterant illorum equare fragrantiam / Qualem tibi refundit  
odorē Maria / qualem Iohānes / qualem Petrus / qualem alii euangeli-  
ci uiri / Quale deniq[ue] ipse iesus / qui singulariter et in ſe redo-  
let / et in reliquis omnibus ſolus ipſe ſentit / Quicquid suave fra-  
grat in iplis / eius uerba nouū mundo ſpargunt odorem / cū miſte-  
ria reuelat trinitatis / cum redemptionis gratiam / cum copiam uir-  
tutū / cum gloriam resurrectiois / cum eterne uite ſtatū exponūt /  
Verba uite eterne habes / Petrus ait / Et ad quem ibimus / Et idem  
dicamus dulci eius odore p[ro]fusi / In te ielu bone patris deitas olet /  
qui eſt in te / In te gratia spiritus / qui unxit te / In te matris uirgi-

nitas: in te proprie carnis integritas: in te nostri medela laguoris.  
 Omnia hec nobis olenit in te: et ad quem alium uel amore uel rae  
 moria ibimus? Iniuria est plane talium liliorum: si aliquis pugri  
 nus odor se illis imisceat: qui suavitatem illorum contristet: Ani  
 miq; afflatus naribus ipsum corrumpat: et couertat ad seculum.  
 et post ceni fetore currere faciat. Iniuria est si tibi suauius fragrāt  
 uitia: q; uirtutū lilia. Fastidiosus est uere: qui lacte et in liliis pa  
 sci non delectatur: Non est enim esse lac paruolorum. Nōne tibi  
 quasi lac uidetur omnis doctrina: omnis affectus pius: animo il  
 lapsus dulciter? Quicquid facile et dulciter fugitur: lac uidetur.  
 Tali lacte abundabat ubera sponse: et ideo dicuntur sicut hynuli:  
 q; sit in illis recens: et quasi semper noua et renascens consolatio  
 uerbi et doctrine alacris copia. Vbera hec uetus tatis nil habent:  
 ideo meliora sunt uino: sed similia musto. Vbera inquit tua: bo  
 tri non habentia: scilicet austoritatē uini: sed musti nouam dulce  
 dinem. Vbera alia pascunt: ista inebriant. Bene ergo ubera sicut  
 hynuli: quia nulla uetus tate infracta. Magnū sponse pectoris or  
 namentū: si ubera integra habeat: non lapia: non fractas māmas  
 in huius egypto seculi. Ideo dicit: ubera tua turris. Inexpugnabi  
 lia ubera hec: et lactis ubertate tumentia excreuerūt modum. Bo  
 na ergo ubera tam distenta: ubera pietatis: ubera gemina: eo q;  
 pietas consolationē habeat uite que nūc est: et future. Gaudete in  
 quīt gaudio magno: ut potemini a lacte: et satiemini ab uberibus  
 consolationis eius. Et cum auulsi fueritis a lacte: epulemini ab in  
 troitu glorie: que sicut hynuli pascuntur in liliis: donec aspiret di  
 es: et inclinentur umbre. Quā dulciter fugūtur ubera que sic pa  
 scuntur: ubera de celo plena: quia celestibus relecta in liliis: ipsa  
 liliorum fragrantia pascit. Odor eorum tibi gratiam tenet: Odor  
 enim quidam fructus est. Ego iquit quasi uitis fructificauit suaui  
 tem odoris. Vide quo sapiētia odorem suum in fructibus repu  
 tat. Spūalis iste cibus est: nihil habens corpulentie: nec dente tac  
 tus: nec labore mansus: sed haustus spiritu: ipsis statim uberibus  
 influens: et ubera distendens: Vnde etenim fragrantia dicuntur  
 unguētis optimis: nisi q; in ipsis de uicinis haustus liliis spiritus

redolet : donec aspiret dies : et inclinentur umbre : Dulce quidem  
inter lilia expectare auroram surgentem . et forte uicinus est dies  
iustis liliis : et inter lilia eius frequenter aura quedam et uapor hau-  
ritur : et ipse sponsus in liliis pascitur : qui ipse et lilium est conua-  
lium / et lumen diei . Dulce est ergo compascendo cum ipso / po-  
stulari ipsum prestolari inter lilia : donec diei lumē aspiret . Tem-  
pus illud declarat / de quo dicitur : Satiabor cum apparuerit glo-  
ria tua . Tunc uerus et eternus aspirabit dies : cum enigmatum in  
quibus adhuc uidemus umbre inclinabuntur : Plures hic umbre  
sunt : umbra fallacie : umbra refrigerii : umbra figure . In prima ser-  
pens dormit : in secunda sponsus quiescit : in tertia sponsus delite-  
scit . De prima dicitur : In umbra dormit . de secunda : In umbra  
eius quem desideraueram sedi . De tertia : quia sapientia in misterio  
absconditur . Omnes iste reclinabūtur umbre cum aspirauerit  
dies : umbra fraudis : umbra fidei : umbra misterii . Tunc erit um-  
bra nulla : quia ueritas nuda . Tunc ergo reclinabūtur / que modo  
sunt exaltate : Vultis nosse q̄ alte ? Operuit montes umbra eius .  
Magnus mons Paulus : opertum tamen hac umbra se dicit / tantū  
in speculo et enigmate uidens : Magnus mons / et tamē facile rap-  
tus in tertium celū : Felix raptus et multo felicior illo / quo mors  
ille euangelicus ad apostolorū imperium in mare mittitur . Rap-  
tus est : quia sapientia dei immutauit sensum illius : Ideo raptus  
in tertium celum intelligētie pure : unde umbre enigmata procul  
abiecta sunt . Inferiores sunt umbre et reclinate quodā modo eius  
respectu qui in celum rapitur . Raptus in celum est / raptus et in  
paradisum . Serenitatis locus est celum / paradisus uoluptatum .  
Pulchre in utrūq; rapitur : eo q; se impleta sit contemplatio / que  
alterutro caret . Deniq; in quodam paradiſo deliciarū et uolup-  
tatum locata uidetur / que pascitur inter lilia donec aspiret dies .  
Anteq; aspiret dies nox est . Sed nox ista nescio qd uidetur habere  
diei . Nox inquit illuminatio mea in delitiis meis : Illuminatois  
etenim uicem tenent / et ex parte delicie . Pulcherrimus contem-  
platōis locus est / ubi simplex consideratio fidei / celestes et suave-  
olentes aspirat affectus / et eterni luminis grām spirat . Non sunt

92

iste delitie / quas beatus Iob cōmemorans de sapientia dicit : Qui non inuenitur in terra suauiter uiuentium . Quedam sapietie por tio est / ubi est ipsa ueritas nōdum intellecta : sed iam credita dul citer sapit : Ipse spirituales delitie experientia sui satis edocent : et quantum experiendum sit de ipsis restat : et quantū respuendum quid illis obstat . Tria hec obseruanda occurunt : tempus / opus / et locus . Tempus idest nox / tēpus quietis et uacationis est : opus refectionis est / quia pascuntur , locus delectationis est : eo q̄ inter lilia : In te distenta ad paruulos reportat ubera : qui sic pascitur / q̄ in meditatiōibus pascitur fidei : liberrime : uberrime : uoluptuose . Putas q̄ salomō in omni gloria sua uestitus est / sicut sponsa que inter lilia pascitur . Quomodo non gloriose uestita / uallata liliis ? Nam et si umbra obscurat speciem / sentit tamen odorem : sen tit uestimentorum fragrantiam : et in his sapientie quasi fama odo ratur . donec aspiret dies / et inclinētur umbre : idest donec aspiret dies / et sempiternus dies : Quādiu dies et nox uices alternāt : nō uidentur umbre reclinate extoto / donec statum habent . Vbi uero reclinate sunt ? Apud patrem utiq̄ luminis : apud quem non est ui cissitudinis obumbratio . Omnis uicissitudo obumbrationis instar habet : et dum alii aliud succedit : quodāmodo abscondit et obum brat qđ precedit . Hoc ergo est q̄ dicit dn̄s : Aspiret dies et inclinētur umbre : idest donec aspiret dies / et plenus sempiternus mē ridies / qui umbras omnes anibilet : Qui pascuntur inquit in liliis donec aspiret dies / et inclinentur umbre : hoc est qui sapientie ob lectantur et pascuntur odore : donec ipse lucis eterne candor illu cescat . Vtrūq̄ cōmendatur in liliis : candor et odor : Et odor qui dem quid aliud nisi gratia fidei : et candor nisi gloria spei . In nocte odor sentitur : sed candor non cernitur . donec aspiret dies : quia candor ipse est dies / non habens ullam partem umbrarum . Ille cū aspirauerit dies : iam nō erunt ubera necessaria : Omnes enim erūt docibiles ipsis diei . Interim ergo sponge ubera sunt sicut duo bynuli qui pascuntur in liliis donec aspiret dies : de die christus yesus .

SERMO . XXVII .

B ii

**T**hera inquit tua sicut hynuli capree gemeilli. Videtis q̄ta  
gratia sponge paruule est: et quasi iuuencula / et ubera ha  
bet. Quid enim nisi iuuēculam notat / dum hynulis cōpa  
ratur. ergo et mater ē / et paruula: alios pascens / et pasci indigēs.  
Et si quis sit pauli similis: nōdum tamen euacuauit que sunt par  
uuli / in carne cōmorans: Et si aliis abundat: nōdum tamen se arbi  
tratur cōprehendisse. In speculo uidet: in enigmate uidet. Ideo si  
cūt paruulus / sicut hynulus in umbra pascitur: donec aspiret dies  
in umbra. sed inter lilia pascitur. Infelix plane qui quedam inter  
lilia sancte cōgregationis / ubi uarie undiq; uirtutes redolēt / nihil  
tamē suave / nil liliorū simile nouit odorari. Deus plane et spōse  
priuilegio gaudens / cui ipsa intrinsecus uirtutū nascuntur lilia:  
qui inter lilia pascitur: inter lilia reficitur / illa esurit. Beati enim  
qui esuriunt et sitiūt iustitie. Lilia castitatis / oīum lilia gratiarū.  
Si esurire beatum: multo magis inter lilia pasci. et ipsa uirtutum  
esuries pascit / et delectat auditas / odor cibat / sed nōdum satiat.  
Saciabor cum apparuerit gloria tua. Deniq; ipsarum uirtutū / ut  
sic dicam / gloria latet adhuc. Totum qđ inde audis / in odore est  
occultura forma: sed fama audimus. Tenuis quidē fama in fumo  
subtilis in odore cibatus: dulcis sed tenuis: Et nos iam saturati su  
mus: iam diuites facti: solo uirtutum odore cōtentī. Nescio tamē  
si uel odorem haurimus / quos perfectionis nō trahit auditas. Su  
auis quidem liliorum odor: sed suauitas tenuis / si odor tantum.  
Deniq; qui pascūtur inquit in liliis. i. inter lilia / nō ipsis liliis sen  
tientes uicinam / non fluentes substantia. Exiguus uirtutum usus  
exprimitur in odore / nō copiosa / nō solida et quasi corpulenta re  
fectio. Non enim omnimodis reficitur qui pascitur: Ideo nō dicit  
qui reficiuntur: sed qui pascuntur in liliis donec aspiret dies. De  
sito tamen expectatio lucis inter lilia / et uide qualibus sponsa  
pascatur in liliis: In liliis nō caduciſ: in liliis nō marcescentibus:  
in liliis deniq; quadam icorruptibilitate mirratis. Nam mirra icor  
ruptionem demōstrat: Iure post lilia de mirra subtexitur: ut spon  
sa lilia quadam incorruptionis perpetuitate cōmendet. Vadam  
inquit mihi ad montem mirre. Quid est bone yesu ꝑ sponsa tua

93

dilecta tua alibi expectat / tu alio uadis? Illa pascitur et expectat  
in liliis: et tu uadis ad montem mirre. Quare non magis ad lilia  
uadis / ubi spōsa moratur donec aspiret dies? An forte lilia hec nō  
sunt aliena / nec longe posita a monte mirre: sed magis oriuntur  
in illo. Ita quidem est: nusq̄ letius nascuntur lilia / q̄ in mōte mir  
re: nusq̄ magis illesa seruantur. In monte mirre / nec corruptioni  
nec corruptibilitati locus ullus relinquitur. Ibi in monte mirre:  
ubi carnis uniuerso mortificantur affectus: ibi lilia castimonie: li  
lia gratiarum et pure nascūtur / et perpetuo florent. Ergo in liliis  
et in monte mirre sponsam satis delicate locatam aduertis. Non  
alterū tibi sermo presens expressit: Alterum tu ipse potes p̄ inter  
pretationem exprimere. Quonam enim modo alio iturum se dice  
ret, q̄ ubi dilectam esse cognouit? Sicut enim illa auide expecat:  
sic ille ardenter properat: V adam inquit mihi. Quid ergo spon  
se non uadit? An ideo sibi ipsi uadit / q̄ ad illam uadit? V adam  
ergo inquit mihi: mihi uadam / nō solum illi uadam: Non illa so  
la de meo capit aduētu letitiā: sed et mihi nihilominus alacritatē  
refundit. Mihi dulce / mihi iocundum est q̄ ad illam uado; ideo  
uadam mihi. Iam mihi de monte mirre suauis aspirat fragrantia:  
ideo uadam odore illectus: V adam mihi: quia delitie mee cum  
sponsa morari. Ita ne yesu bone: de sponsa colloquio oblectamēta  
tibi captas: Ideo tibi uadis: nec uelut fastidiosus a mator declinas  
cum excluderis: sed stas ad hostium: Stas et pulsas: et quandam  
repulse passus iniuriam / pulsas tamē ut aperiatur. Asperge spōsa  
asperge cubile tuū mirra et aloe. Christus in odore currit unguē  
torum tuorum: Asperge cubile tuum mirra / quam Paulus cōme  
morat. Mortui inqt estis: et uita uestra absconsa est cum christo  
in domino. Tali mirra asperge et irriga profunde cubile tuū: uel  
potius esto mons mirre. V berior enim gratia / ubi mirra nascitur  
q̄ ubi aspergitur. In hoc monte colloca cubile tibi: īmo dilecto in  
quadā mirre copia: ubi hec species aromatica magis oritur q̄ ad  
uehitur. In multis scripture locis usus mirre ad misteria sumitur.  
Cum mirra magi ad christum ueniunt: Venit et Nichodemus fe  
rens mixturam mirre quasi libras centum. Magna hec copia: Sed

B iii

quid ad collationem montis ? Ferens inquit .i. secum ferens: non  
ex se proferens/ portans non pariens. Bona utraq; et que offertur  
et que oritur: sed ista potior . Deniq; illa ad christum aduehitur:  
ad hanc ipse uadit: V adit enim sibi ad montē mirre . Bene mons  
mirre/ qui mortem circūfert in se ipso/ non in parte/ nec quasi re  
spsam: sed uberem et continuam et eminentem : nec ad horam et  
quasi ueterascentem: sed magis renascentem . Bene mons mirre:  
qui christi in se mortificationem et incorruptibilitatem quādam  
et resurrectionis future ymaginem/ non tam gestat/ q̄ germinat.  
Nūquid tibi mons mirre uideri potest: in quo future incorruptibi  
litatis nil magnificum/ nil eminens/ nil nisi ad horam apparet. Ee  
atus plane mons/ qui huius mirre germine undiq; uestitur: non  
respgitur per partes: nil in se nudum/ nil habens sterile: sed totū  
ac felici fecūdum specie. Quō non beatus/ qui xpūm ad se ttabit:  
in sui odore aromatis ? Bonus odor plane sponso xpō/ inter ipsas  
deitatis gratus delicias . Deniq; super tantas delicias: delicie tamē  
eius esse in monte mirre . Ideo dicit: V adam inquit mihi ad mō  
tem mirre . O beatum montem ad quem uadis yesu bone: ad quē  
uenis/ quem pambulas/ quē inhabitas/ et inhabitas in finem/ quē  
solus ihabitatis: et hoc usq; ad terminū loci . V eni yesu: incipe hūc  
montem possidere . Nullus tibi questionē moueat: nullus dicat.  
Nūquid habitabis in hoc monte tu solus ? Mons uber/ mons pin  
guis/ mons abundans/ mons affluens unguentis . hec unguēta exi  
naniri nō possunt: Magna enim unguenti moles in monte mirre.  
Non deficient unguenta de hoc monte: Ideo qui uadit ad montē  
mirre/ unguentis non indigebit: nec odoramētis quidē/ qui uadit  
ad colles libani: Non enim deficient thura de libano . Nam et li  
banum dicunt thus intelligi . Veni yesu bone ad colles/ ut fluant  
thura a facie tua . O quantus incensi fumus ascendit de collibus  
istis cum tuo . imo cum te fuerint igne succensi . Magnum habet  
in collibus thuris ignis tuus materiam pabuli/ et magnum incēsi  
fomitem . Non cito consumuntur hec thura : Incensi huius fu  
mus non facile euanescit: Tanta thuris moles: tanta copia collis  
thuris: Non potest pugillo concludi: non cōprehendi thuribulo:

94

uasculo non capitur / mensuram nescit : quia nescit intermitti . Be  
ne ergo collis thuris / qui sine intermissione orat : et qđ sanctius ē  
sine intermissione : Qui in oratione nil habet remissum / nil exile  
Sed uelut cuiusdam fornacis magne fumus pingue scit : sic pingue  
scentium uotorum / et desiderii exuberantis agit uolumina . Ve  
ni ergo iesu bone ad colles thuris : saporiosum odoris incensum  
fumigant montes quos tangis : quid simile fratres habent oratio  
nes nostre : Quā cito thura nostra inanescunt / et quodam modo  
uix succenduntur / et statim extinguitur . Ut quid istud : Ut iqx  
quoniam exiguum nobis incensi concessimus materiam . ego spi  
ritus angelicos etsi qui inter homines illorum emuli sunt : quosdā  
uelut colles thuris interpretor / quorum oratio / quasi incensum di  
rigitur in conspectu dei : qui deuotionis suauissimos uapores gi  
gnat : celestium glomerant nubes affectum . Beatus utiqz sacerdos  
qui thura tanta offert / qz tam suavis nebule uapor opperit / et in  
uoluit . in apocalipsi legis : phialas plenas odoramentorum / ora  
tiones sanctorum . et que cōuentio collibus thuris ad phialas : que  
enī phiala capiat collē thuris : Bona phiala plena odoramentoꝝ .  
Sed ecce plus q̄ phiala hic . Ascendit inquit fumus aromatum in  
conspectu domini de manu angeli . Sed que manus integro coli  
sufficiat : Que inquam manus nisi tua iesu bone manus : qui mon  
tes ponderas : et terram palmo concludis . qui liberas montes i pon  
dere et colles i statera : in manu tua domine / omnes fines istorum  
collium : et fas est dicere in sinu tuo : deniqz i sinu tuo sanctorum  
oratio conuertitur : in conspectu tuo intrat : ibi conuersatur ibi cō  
uertitur : illi in te et tu in illis . Propterea uadis mihi i quis ad col  
les thuris . Veni ergo domie : ueni et noli tardare : ueni et ne trāsi  
lias colles istos . Quid et si ad te transiliunt colles thuris / molles  
sunt montes mirre et colles thuris ubi ipse adueneris . Quomodo  
nō mobiles qui liquefcunt qui fluunt / qui fumigant : qui ascen  
dunt sicut fumus aromatum in conspectu domini de manu tua .  
Vade ergo tibi ad colles thuris / ubi incensa multa sunt / ubi incē  
sa cuncta sunt . nam in colle thuris nil sine incenso : incensa hec  
data tibi sunt : ideo ueni ut adoleas ea in conspectu tuo . Vadam

B ivi

mihi ad montem mirre et ad collem thuris. Veni de libano ue  
ni : iam exclusum est cur uadat . Ut quid enim nisi ut uocet : ut  
intret / ut dicat ueni . Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum habitare in  
collibus istis : ad quos uerbum dei uadit / quos reuisit : De qui  
bus sponsa uocat : et uocat ad coronam . Veni inquit de libano:  
ueni coronaberis . Libanus candorem sonat : Quid ni candidius  
de niue celesti ? Non enim deficiet sicut scribitur nix de libano  
Nix illa que descendit de celo / que infundit terram et inebriat  
et germinare facit . Beati montes sup quos nix ista cadit / et col-  
les quos operit : sic inquit dominus erit uerbum quod egrediet  
de ore meo / non reuertetur ad me uacuum . Videtur ne tibi ua-  
cuum reuerti uerbum quod uadit ad montes mirre et colles thu-  
ris / cōmemorat libanum : Que res animum sic reddit mundum  
et candidum : quomō orationis usus ? Primo quidem mirra mor-  
tificat : deinde thus purificat : Nec enim pura poterit emanare  
oratio : si non omnis prauus primo fuerit odor represso / et exal-  
tatio carnis . In mirre unguento mens stringitur : ut ad quandā  
īmo omnimodam unitatem se coartet : Per thuris incensum diri-  
gitur et dilatatur / et se diffundit / et celestes replet regiones ex  
ardore incensi : Illic se libere ueritatis aure immiscet et confun-  
dit : et que primo ad se anima ipsa contracta est : ibi rarescit et at-  
tenuatur / et deficit suspensa / et suspiciens in excelsio . Oratio  
utriusq; et mirre et thuris misterium explet: Orantis affectum  
in primis colligit et stringit in seipsum : deinceps diffundit et  
transfundit in deum . Quid mirre similius / ubi tanta in diuinā  
unionem transfusio ? Quid incenso similius / ubi tanta diuini  
cuiusdam sensus diffusio ? Iure tota pulchra uocatur / et sine ma-  
culā / quam orationis ardor incanduit / quam colorauit et can-  
didam reddidit candor lucis eterne . Tota pulchra es amica  
mea / et macula non est in te : Tota pulchra es : quia tota pura  
es hac hora / maxime hora orationis / hora incensi . Tota pulchra  
es amica mea : tota pulchra es : quia tota amica es / et solo amoris

candens affectu. Tota pulchra es / et sine macula / peregrini nil  
 habens coloris admixtum : Veni de libano : quia plene lota : ue  
 ni de libano ex toto illustrata : Veni de libano carens culpa :  
 Veni de libano et candens gratia: Veni coronaberis. Felix om  
 nino qui de libano candardis affectus / de colle thuris : de oratio  
 nis intente copia uocatur ad coronam . Felix inquā anima / que  
 hora incensi ascendit ad patrem : que sine interuallo de libano  
 ad coronam uocatur : coronam glorie quam reddet illi in hora  
 transitus / iudex iustus et dulcis sponsus iesus christus .

### SERMO. XXVIII.

**O**ta pulchra es amica mea / et macula non est in te : ueni  
 de libao : ueni de libao . ueni coronaberis . Quis mihi da  
 bit istud triū ut sic dicam dierū iter cōficere : Quis inq  
 dabit mihi hanc uiam indefesso incessu percurrere . Vie iste / uie  
 pulchre / et semite pacifice sunt : Venire de libano ad Libanum:  
 de libano ad regnum : Nam sponsa ad coronam uocata / inuita  
 ta uidetur ad regnandi consortium : Dulcis est hic uie terminus  
 Sed nihilominus dulcis est transitus . Quid ni dulcis / qui nescit  
 in libano deflectere : Non hec est uia lata : non hec est uia layca  
 nec potest per eam transire pollutus : Non est currentis nec uo  
 lentis : sed miserentis dei : Miserentis cur dico : dixisse me  
 lius desiderantis . An non extuantis desiderii uota designat uo  
 catio trina : Vehementis affectus argumentum est q̄ tertio uo  
 cat . Percurrere animo precedētia cātici huius / nusquā repieres  
 uel tam expresse commendatam pulchritudinem sponse . Ter  
 uocat / et totam pulchram dicit . Denique in precedentibus sic  
 habes : Ecce tu pulchra es amica mea / ecce tu pulchra . Et ite  
 rum alibi : O q̄ pulchra es amica mea / q̄ pulchra es : hec autem  
 tertio in loco totam pulchram diffinit : Illis in locis uel demon

te mutetur propter oleum: Erit enim quando et caro imutabit  
propter oleum. Vnctus est et p̄fusus oleo leticie pre cōsortibus  
suis: Ideo solus ante resurrectionis tempus dicere potuit: Caro  
mea imutata est propter oleum. Iure anticipauit cōmuniſ horā  
imutationis/ caro imunis a carnalitate. O hora optabilis: o dul  
ce unguentum: quando et p̄ quod caro dissoluta ascendet in cor  
ruptionē: Nam ante illum statū/ q; nisi descendat in corrupti  
onē. Videbatur hesterno die fratres: aspexistis lachrymabilibus  
oculis carnē miseram cōmutatam/ carnē descendente/ nec pos  
se penitus corrūpi: Videbatur uelle corpus quod occupauerat  
hereditate possidere ipsa corruptio: et ne desineret putrefactare/  
non sinebat p̄putruisse: Cohibebat uires quasi nolet substantiā  
celeriter consumere: ut diutius inficere posset. Nam cū fuerit  
caro redacta in puluerē: quid habet ultra corruptela qd faciat?  
Omnis caro feni; et oīs gloria eius quasi flos feni. Exsiccatum  
est feni et cecidit flos. his uerbis, p̄pheta uelocitatē defectionis  
expressit: qua facile caro florida et uitali pubescēs calore/ et ro  
leo colore pulchra: sed de terra succisa uiuētiū/ exsiccat quidē  
subito: sed nō cōputrēscit tam cito. Ergo scā collatōe celeritatē  
subite cōmutatōis ostēdit: nō lēte corruptōis expressit horrore

Videres in illo cadavere ossa que tecta fuerant/ quedam denu  
data/ quedam quidem adhuc non tam recta/ q̄ polluta et inuo  
luta putredine: Crassabatur in carne misera longa corruptio:  
et attingens a fine usq; ad finem fortiter/ miserabiliter dissipar  
bat omnia. Poterā et ego dicere: disponebat omnia carnis eius:  
eo q̄ dissipatio uirtuti diuine dispositionis seruiebat: Misera  
comutatio: sed pulchra ratio que deo placuit/ ut carnis gloria  
non nisi per putredinem deducatur in puluerem. Seuiat mors:  
seuiat et crassetur ipsa corruptio in carnem humanam/ depopu  
letur eam quantum potest: Deducat eam primo in saniem: dein  
de in cinerem: Nam hucusq; potest: et non amplius q̄ in pulue  
rem deducere. s. carnis gloriam: Nam ad nihilum consumere  
ualet carnis substantiam: Nec penitus consumere nec perpetuo  
possidere: donec atteratur celum non consurget: Tunc enim ef  
fundet dominus de spiritu suo super omnem carnem: tunc caro  
sanctorum erit immutata propter oleum: eo q̄ spiritus domini  
unxerit eam. Omnes enim resurgemus: sed non omnes imuta  
bimur. O quanta uirtus unguenti illius/ a cuius facie corrupti  
onis tam uetus iugum computrascit/ et caro que consumpta  
fuit a suppliciis reuertetur ad dies adolescentie sue: Adolescen  
tia que non discedat/ alia etate succedente. Efficax omnino un  
guentum/ per quod tam inueterata sanabitur contritio: et tam  
annosa sanies in sanitatem incorruptibilem conuertetur. Eccle  
sie proprium est hoc unguentum: Ideo christiani dicuntur filii  
eius a Iponso suo christo. i. uncto: Et iam accepimus hoc unguē  
tum in baptisme: Sed sicut ibi operatum est ad sanctificatio  
nem: ita et in fine temporum operabitur ad gloriosam illam im  
mutationem/ quando caro imutata erit propter oleum. Quis  
scit si non interim morbis sinitur deseruire: ut ex uiolētia mor  
bi/ uirtus declaretur remedii? Bene ergo unguenti huius odor  
comendatur: eo q̄ gratiā eius ac si de longe ad hec odoramus:  
Quid aliud dabis antidotum tam efficax ad mitigādam omnē  
mētis/ que potest accidere desolationem? Quomodo fidissima  
spes est resurrectionis future/ et felicis illius commutationis?

107

Non habet doctrina gentilium resurrectionis credulitatem: et iudeorum traditio non tenet qualitatem. Illi non credūt nimis plene: sed parum pure de spirituali resurrectionis gloria/ et angelica similitudine sentiunt: Gentiles unguenti huius odorem non trahent: Iudei quidem non ipsum et proprium/ sed nescio quem alium et adulterinum pro eo. Apud solam ecclesiam, unguenti illius odor et integer et proprius existit: Ideo odor unguentorū eius sup omnia aromata. Bona unguenta ipossibilitas et patientia: p illam caro resuscitata ledi non poterit: Per istā mens pia inter prouocationes et iniurias illeſa cōſtitit: Per illā quieto et inconcuſſo iure carnis nostre terram hereditate possi demus: p hanc uero ipsam animam: In patientia inquit uestra possidebitis animas uestras: Ipsa patiētia quid aliud est, niſi uelut quidam future impaſſibilitatis odor. Illi mala in illa inferū tur: hic uero patientie beneficio ac ſi unguēto quodam mitigat orio etiam que illata ſunt non ſentiuntur. Efficax et utile om nino unguentum quod inter carnis uexationes animum ab iniuria tuerit: et continent ne fatigat ne deficiat/ ne laboret. Ego uti litatem unguenti huius predico: tu forte uoluptatem queris. Ne in hoc quidem deero: et adhuc uobis excellentiorem uncti onem demonstro: Omne gaudium inquit exſtimate fratres: cū in temptationes uarias incideritis: An non tibi uidetur excellētiori prorsus unguento/ qui nouit in aduersis gaudere: q̄ qui di dicit in ipsis non contristari? Minus enim eſt quo dolor exclu ditur/ q̄ quo letitia ſuadetur. Deniq; et inimicos non modo tolerare ſed amare iubetur ſponsa christi: Diligite inquit inimicos ueſtros. Bona ergo eius unguenta/ que in tristibus letitiam redolent: et hostibus dilectionem: Dilectio enim maior eſt omnibus ſacrificiis et holocaustatibus: Ideo odor unguentorū tuorum precellit omnibus aromatibus: Bonum plane orationis aroma: bonum incenſum: Sed audi quid euangelium prefe rat: Si offeſſis inquit munus tuum ante altare/ et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: dimitte ibi munus tuum ante altare/ et uade prius reconciliari fratri tuo.

D

Aduertis satis quomodo unguentum reconciliationis / aromati  
prefert orationis . Quid est reconciliatio / nisi iterata animo/  
rum dissidentium conciliatio . Et de conciliatione et charitate  
fraterna dicit tibi psalmus : Ecce quā bonum et q̄ iocundum ha  
bitare fratres in unum . Hec est excellentior uia iuxta paulum  
et aliis maior charismatibus / q̄ cunctis aromatibus . Vnguen/  
tum hoc descendit de capite in barbam et oram uestimenti . Cri  
stus enim caput nostrum prius dilexit nos / ut nos diligamus  
eum . Ideo et sponsa se currere dicit in odorem unctionis ; id est  
in emulatione dilectionis . Non dicit unguenti / sed unguen/  
torum : eo q̄ gemina sit dilectio : Vna qua diligimus ipsum :  
quoniam ipse prior dilexit nos : Alia qua diligimus inuicem :  
sicut et ipse dilexit nos . Vtriusq; dilectionis habemus ab ipso  
et exemplum et donum : Ipse enim dilectionis et uiam mon/  
strat / et ministrat uirtutem : Ideo scriptum est : In odorem un  
guentorum eius currimus . Ipsa connexio et suauitas / et amor  
patris et filii / et mutua complexio per spiritum amborum . Nō  
ne grato nos odore perfundit : et ad similem nos inuitat emu/  
lationem : ut et nos unum simus / sicut et ipsi unum sunt . Fe  
lix quidem qui sequitur et currit in odore caritatis illius : dilec  
tionis illius : unctionis illius . Ipse enim spiritus utrosq; qua/  
si perungit : quos tanta amoris dulcedine coniungit . Imitemur  
unctionem istam : curremus in eius odore . Diuine illins et es  
sentialis unitatis emula est / et quasi ymago fraterna charitas :  
et quedam uelut umbra unguenti illius et dulcedinis et amo/  
ris mutui . Ecce enim q̄ bonum et q̄ iocundum habitare fratres  
in unum : Sicut unguentum in capite quod : et cetera . Atq; uti  
nam de capite nostro quod sursum est / quedam unguenti istius  
in nos umbra descendat : ut et ipsi audire inueniamur : quoni/  
am odor unguentorum tuorum super omnia aromata . Precurre  
animo uirtutes reliquas / usum et opera singularum recenze :  
Nihil in illis tam suauiter redolet : quantum pura de corde  
charitas : Quem odorem tibi spirant ieunia : quem odorem  
elemosine : si in illis charitas pollet : Castitas ipsa et tolerantia

ADB

passionum : si non fuerint charitate condita : quid tibi suauius  
odoris refundent ? Si tradidero inquit Paulus corpus meum ut  
ardeam / et quasi aroma incensum liquecam totus in igne : cha-  
ritatem autem non habeam : nihil mihi prodest. Non potest gra-  
tis suscipi / quod non cum gratia offertur : Charitas radix est :  
quasi rami uirtutes cerere de illa pululant : et ideo pinguedinis  
illius participes esse debent. Quid prodest ramus in bona oliua  
si non in eo sentitur radicis pinguedo et gratia ? Ita quidem nec  
uirtutes / nec opera uirtutum : si non in eis charitatis et dilecti-  
onis uirtus redoleat. Maria cuius est modo tibi nomen de euan-  
gelio sonuit : Quid in ea aliud q̄ dilectio redolebat ? Dimissa  
sunt ei inquit peccata multa / quōiam dilexit multum . Bonus  
huius unguenti odor : cuius gratia ueteris corruptele fetorem  
deleuit omnino : et totam ecclesie domum suauitate grata per-  
fudit. Dum esset rex in accubitu meo / nardi sp̄stici alabastrum  
confregit / et effudit super caput recumbentis : Et nardus illa  
dedit et adhuc dat / et in fine seculi dabit odorem suum . Bonū  
in ara pectoris sui christo domino incendit aroma : ac si ung-  
uentum exinanitum cor eius liquefactum flamma charitatis .  
Sepulto domino uide q̄ officiosa / q̄ sedula monumentum fie-  
quentat et redit : Videt angelos / apostolos inuitat : abeunti-  
bus illis / non abiit illa : Ardens est inquit cor meum / desidero  
uidere deum meum / quero et non intuenio eum . Nonne tibi an-  
xietas ista querentis / eximie quoq; dilectionis uidetur odorem  
spirare ? Hec uerba dum in eius memoria cantantur : nonne qui  
cantant et ipsi quoq; inflāmantur ? Deniq; et ipse iesus qui de-  
sideratur / unguenti illius fragrantiam odoratur / et quasi cur-  
rit ad illam in odorem uehementis amoris : Quid ni ad cognata  
libenter recurrit unguenta : Quasi in matutino festina ad  
illam / et surgens mane prima sabbati / primo apparet marie :  
et unxit eam oleo leticie pre confortibus suis : dum se iam re-  
surrexisse manifestat in gloria : Iam aromata illius in unguen-  
ta conuertit / et desideria eius in delectationem commutat .  
Aroma mihi uidetur offerre / qui orat et optat . Tunc autem

D ii

unguento perfunditur: cum eius quem amat potitur copia/ cū presentia delectatur. Bonum quidem orare et desiderare domi num: sed amare et habere et frui melius: Et ut ita dicam/ cum non habes bonum est mendicare: sed melius manducare. Si potes absentem amare/ quanto magis cum adest ea: cum copia sui indulget: cum experientia dulcis alimenta ministrat amori. Tunc enim et spiritualius et p̄fusius ungitur anima: cum illo qui unctus est spiritu et uirtute arctius iungitur: Tūc precipue dilecto placet: tunc suauius redolet/ cum tota fuerit in ipsum transflua. cum adherens illi uni/oris fragrat unguento. unguēto illo quod de sponso redundat in sponsam: locundo omnino et suauiter redolet cohabitatio ista in unum. sicut unguentū in capite qđ et cetera. Ideo odor unguentorum eius super omnia aromata: Etsi unguenta etiam ipsi sponse alia sunt: nulla talia sunt/ quale illud qđ descendit in ipsam. hora hac maxime qua dilecto coheret: quando inter eius ubera moratur: quādo cubat in secretario cordis. Deniq; quando rex est in accubito suo: tūc nardus sponse spargit odorem suum: odorem bonum sup omnia aromata. odorem sponsi/ magis uero odorem sponsum: Ipse est enim dilecte sue unguentum: ipse est odor. nam ipse in dilecta sua complacet sibi. ipse redolet. Atq; utinam unguētū hoc de capite nostro non discedat: et odoris eius fumus ascendat de cor dibus nostris in secula seculorum amen.

S E R M O . XXXII .

**D**ies ista dominice resurrectionis/ annua celebritate sole nis. de unguētis repetito tractatu/ me compellit instaurare sermonem. V eniunt hodie mulieres cum aromati bus: uenit et Nichodemus ferrens mixturam mirre et aloë qua si libras centum. Maria magdalene ipsa preuenit ungere corpus iesu in sepulturam. V idetis quanta mysteria celebrantur in unguentis: Magna mysteria: et quis ad ista ydoneus: Quis dignus unguentorum assignabit distinctionem/ proprietatem exponet? Disputatio hec experientis est/ non coniicientis. Non est enim facile cuiq; de unguentis tractare: nisi quod ipsa docu

109

erit unctio. Hodie unctus est dominus oleo leticie pre confortibus suis: Quō enim consors est/ qui non congratulatur/ non cōgaudet qui de surgenti nō consurgit in nouam letitiam? Oportuna quidem occasio de unguentis uobiscum diserere: sed multo magis oportuna unguentis redolere: Vos exigistis a me sermonem: et ego a uobis unguentorū odorem deposco: qua ratione cum sanctis mulieribus domini iesu frequentatis monumētum: si nullum spirituale desertis ad illud unguentum? Caro domini hodie gloriose est immurata propter oleum. Nōne con dignum uidetur/ ut corda nostra imutentur et conuertantur in oleum spirituale; in oleum exultationis et leticie. Institueram de unguentis sermonem. et ecce disputatio nostra hesit in oleo. Et quid oleo cum unguentis? Multum quid: et si non pōmne modum idem non est: Accedit tamen ex parte aliqua/ et dissimilatur eis: Olcum enim quāuis non fragrat: mitigat tamen: non bene olet/ sed bene ungeris ex eo. Hic autem non tam unctionem q̄ odorem cōmendat in unguentis sponse: Et odor inq̄t unguentorum tuorum super omnia aromata. Non omnis anima odoriferis abundat unguentis: sicut et mulier illa in regum libro loquitur ad prophetam: Non est in domo mea nisi paululum olei quo ungar: Non habet hec unguenta odoriferis speciēbus composita. sed oleum ad unctionem simplex et exiguum. Maria magdalene non legis sed euangelica mulier/ unguētum refert nardi spicati preciosi: nec exiguū/ sed libram integrā: Et ipse simon redarguitur a domino: q̄ nec oleo quidem caput eius perunxerit: cum illa caput eius perfudit unguento. Vides quomodo unguenta oleo preferuntur: et odorisera unguenta? Nam preter hoc q̄ unctionis habet effectum: quodam odoris spiritualis beneficio prerogant: Vnctio quidem partior est: sed fragrantia se diffudit in plures: Etiam qui solus ungitur: non solus odoratur: Virtus est cōmunis/ in omnes se spargit: Ergo uncto tibi: odor et aliis et tibi. Bene ungitur et bene redollet/ qui diligit bona coram deo: et prouidet bona coram hominibus: Gaudete inquit Paulus in domino semper: et iterum

D iii

dico gaudete : modestia uestra nota sit omnibus hominibus :  
Gaudete ad unguenta modestie : notitiam referre ad odorem .  
Audi quomodo ipse Paulus odorem ad notitiam trahit : Et odo  
rem inquit noticie sue per nos manifestat in omni loco . Bonum  
ergo unguentum / et bonus odor spiritualis in domino . exul/  
tatio et modesta habitatio / letitia et notitia : Bene ungitur cui  
dominus in conscientie interiori gaudio placet : qui delectatur  
in ipso / et bene olet . qui cum Paulo omnibus per omnia placet .  
Et non placet nisi in domino : in cuius modesto habitu / discre  
to opere / sermone docto / interioris alacritatis et gratie fragrāt  
unguenta . Bene ungitur qui gloriatur in domino : et bene olet  
per quem dominus glorificatur coram hominibus : Et ipsi qui  
redolet / odor suus suauiter fragrat : si non gloriatur se ipsum  
commendari : sed per se dominum . Odor unguentorum tuo/  
rum super omnia aromata . Vultis ut inter unguenta et aro/  
mata differentiam uobis assignem  $\S$  Ipse ergo sermo cantici dis/  
tinguere uidetur / non reprobans aromata : sed unguenta prepo  
nens . Quantum ergo in consimilibus et coniunctis rebus inue  
nire distantie possum : Vnguenta uideri possunt dona gratia  
rum / que in spiritu sancto conferuntur : Aromata uero ipsa of  
ficia que deuote referuntur : In operibus et in officiis honesta  
tis quedam naturalis species grata est : In unguentis gratia spi  
ritus : dominum iesum unctum spiritu et uirtute : ita et spon  
sam eius in hoc decuit assimilari : ut et ipsa spiritu et uirtute  
ungatur . Bona quidem sunt aromata uirtutum : et per se redo  
lere uidentur : sed cumulatiore gratia fragrant / cum de uncti/  
one spiritus suavitatis asperguntur odore : Opera ipsa et uirtu  
tes cum his que foris sunt : comunia nobis esse possunt : unguen  
ta non possunt . Deniq $\zeta$  et si per se pulchra sunt : plus placent  
cum procedunt de spiritu . Quomodo uidentes opera bona glo  
rificant deum : nisi quia intelligunt  $\wp$  ipsum opus bonum et  
a deo uenit / et ad ipsum uadit  $\S$  Si qua sane in me bona sunt :  
gratiora mihi quidem inde sunt cum deputantur gratie christi  
Cum eius in me unctio commendatur . cum spiritus redolet

110

magis q̄ cum naturalis arbitrii predicatorum facultas / aut fructus industrie . Deniq̄ sine unctione spiritus / et natura libertate dis tribuitur : et uirtus ueritate : et opus merito : Nam sine gratia spiritus et fide christi / et uoluntatis conatus effectu caret : et uirtus que uidetur fucata est : et opus eterne mercedis non asse quitur fructum . Ideo odor unguentorum tuorum super omnia aromata : Etenim qualiacumq; aromata fuerint : non mete sua uitatis spargunt odorem : nisi cum in eis spiritualis gratie re dolent et redundant unguenta . Vultis ut aliquod uobis ung uentum propouam / cuius odor super omnia ecclesiasticorum donorum excellat aromata : Quis odor in ecclesia suauius fra grat / odore misericordie et remissionis : Quarti cucurrerunt in odore unguenti istius : et per hoc christo comparati et aglutinati sunt : Bene redolet qd ueteris corruptele et peccati ab antiquo molliti sub momento delet fetorem . Mulier illa que erat in ciuitate Maria nomine : q̄ fetida erat quando accessit ad pedes iesu / in domo Simonis leprosi : Quantū ipsi fetebat simoni qui presentie eius non sustinuit horrorem portare : Quā fetida inq accessit ad iesum : et ecce iam in toto mundo ad penitentie et dilectionis et gratie quam reportauit / spargitur odor . Non est sera gratia christi in ipso conuiuio / quo mulier hec dcmini pedes rigauit / tersit et perunxit : et lota et extensa et puncta est , et ipsius domini testimonio / phariseo prefertur . Non est enim parca clementia christi : nec pigra quidem plus rependit : et sub hora rependit . Quid mirum si penitenti occurrit indulgentia : ubi ad penitentiam patientia adducit . Mulier illa deprehensa in adulterio / et relicta in medio . Vide quō clementiam iesu redolebat : que mechiae culpa prius fetebat . Reuolue euangeliū ubiq iesum inuenies et citum / et copiosum ad ueniam . Deniq̄ et iū quatriduanus mortuus est : et publicati criminis fama iam fetec Vbi iesus euocat et educit de tumulo prae consuetudinis : ubi iesus soluit / et remissionis infundit unguentum : statim a facie eius fugit et omnis fetor antique putredinis : Quis enim retrahit quod non imputat dominus : Quis tenebit errata que ipse

D iii

remittit: Nō potest male olere q̄ ipse abolet. Domine in  
quit martha quatriduanus est/ iam fetet. erras martha: ic  
sus non tam fugit fetida quem solet ipsum fetorem fugare  
Exemplum dedit ecclesie sue/ ut queadmodum ipse fecit  
nobis/ ita et nos iūicem faciamus. hec illi reliquit unguē  
ta. Quanti despantes semetipso tradidissent imundicie/  
otii et auaricie: omniumq; uitiorū precipites se dedissent  
in gurgitem: si nō medicaminis huius retraherent odore  
Tribularer inquit si nescirem misericordias domini: misé  
ricordias in capite/ et misericordias in corpe eius quod ē  
ecclesia. nā et ipsa accepit a domō quod et filiis tradidit  
quod ipsa inquā accepit in munere. ipsa etiā in mandato/  
ut sit mīstra miserationū. Bonū quidem misericordiam  
mistrare/ sed melius misereri. Misericordiā quā debes ex  
loco/ex aio solue. Exprime in te christi affectū: cuius of  
ficiū et uicē suscepisti. mīster es eius/ qui diues est ī misé  
ricordia. noli ī aliēo predurus iueniri. erroga cōseruis tu  
is unguēti huius mensurā ī tpe/ si ī alieno ifideles estis q̄  
uestrū ē quis dabit uobis: Affectus tuus sit. nam dnī ē effe  
ctus uenie: qui lesam cōsciam gestat/ tectū uulnus sub pe  
ctore tuto se tibi cōmutet si penes te unguēti huius odore  
presenserit. si sciretis qdē misericoridiā uolo et nō sacrifi  
ciū nūq̄ cōdēnassetis inocētes. nō sic tu dnē nō sic nō mō  
nō inocētes: sed nec nocentes quidē cōdēnas: sed emendas  
eos. Emēdabit inquit me iustus ī mia oleū aūt pccōris nō ī  
pinguet caput meū. distiguit hic psal. iter oleū et oleū: in  
ter oleū adulatiōis et oleū miseratiōis. Illud demulcet et  
fauiat: istud demulcet et sanat. an nō tibi sup oīa aroma  
ta bene redolet unguentū: p qdē uniuersa delicta tā facile  
delenē. filius ille iunior ī se reuersus unguenti huius ubē  
rē copiā adoratus ē ī patre de regiōe lōgīqua: et iter gre  
ges porcorū patris eius cepit fragrare clementia: iō attra  
ctus ē et currere cepit ad patrē in odore unguentoū eius.  
Vide facilē uide pfluā dnī iesu grām cum penitente filio  
gaudere eū oportet et epulari: manet in domo zachei: pu

111

blicanū indisciplinatū asciscit : et cū lazaro post tumulū  
instaurat conuiuiū: quibus ppitiat impare nescit : dimidia  
uti nō nouit clemētia / familiaritatis in grām suscipit qui  
bus indulget. Bonū ergo misericordie unguētū quod pec  
cata remittit / preuenit merita comittat accumulat. super  
oīa fragrat aromata: eo q̄ oīs ecclesia sāctoz plus miseri  
cordia q̄ meritis nitit. deniq̄ remissionis unguentū ulti  
mū sacramētū. unguentū hoc et peccatoribus et iustis cō  
mune et cōmodū est. nā sunt alia quedā spūalia scōz et so  
lis ipsis accommodata. sunt .n. unguenta que sanāt sunt un  
guenta que fouent / sunt unguenta que scificant / sunt que  
delectant. et p̄ia quidem egritudinē depellunt. secūda iā  
sanis conferūt alacritatem. tertia scificant in opus mīsterii  
sicut regū et sacerdotale unguentū . quarta nō iā in opus  
sunt / sed in otium / non in administrationem / sed in amo  
rem / sed in gloriā / sed i delicias sed in usū sponsi et spōse  
Bonū est comorari in unguentis. sed quoniā alibi fatis di  
sputatū est / sup unguentoz distinctione. ungendi modos  
nūc breuiter distinguamus: alii tāgunt: alii aspgunt: alii  
inungunt: alii pfundunt. relege pentateucū: euāgelium  
reuolue : et diuersitates istas ungendi quas corporaliter et  
exterius factas aduertis ad amores deflecte. non ego nunc  
de natura unguentoz: sed de mensura ago ungēdi: et alii  
quidem semel sepius: alii semp unguentā frequentant. bo  
na quidem copia si assit et gratia: neutra deesse uideſi un  
guentis sponse: nec suauitas / nec ubertas : quoz odor oīa  
aromata ſupat. Ad ecclesiā generaliter hanc laudem deri  
uamus: ad ſpālem aliquā in ecclesia pſonam declinemus  
sermonem: que singulari quodāmodo amoris et familiari  
tatis beneficio sponse debeat noīe cēseri: in qua non modo  
necessitatis / sed dignitatis et uoluptatis ubertim unguen  
ta aspirant. Non hanc crediderim ego sacro unguimine  
uel tactam in parte / uel respersam per partes / sed perfu  
sam / et punctam abundantius in sponsi delicias. Copio  
ſe pene hunc sponſum aromatum celle erructantes ex

hac in illam, sicut regales oportet habere diuitias. Sed credibile est excellentioribus reginam unguentis redolere. Nihil tam nobis de uirtute unguentorum exparetur: preterquam quod solus odor commendatur in ipsis. Non elloquitur quid efficiat unctionis/delitias solas memorasse contentus: et eas delitias/que spiritualem magis charitatem accendunt. Unctio solo tactu sentitur/ cum fuerit carni superfusa: Odor uero tactum designat tantum spiritu sentiri se patitur: Et unguenti quidem liquor sensum in interiora liquatur: Odor uero cum omni facilitate superiora petit: cerebro illabitur: sensuum sedem dum occupat recreat. Multo ergo subtilior et sublimior: multo magis unguentorum est odor quam liquor: et in blandimento sponse magis dilecta et magis accommodata spiritualibus oblectamentis: et feculenterie minus habetia oportuit commemorari. Alie unguentis et oleo indigent: ut motus carnis aut mitigent/aut imurent. Hec autem iam non in carne/sed in spiritu ut domini sponsam decet/ spiritualibus abundat delitiis. Odor unguentorum tuorum super omnia aromata: Etsi solus odor commemoratur: forte non solus operatur. operatur et unctio. Qui sunt christi ait apostolus/carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis. Vbi unctio est: non uidetur crucifixio necessaria. Illa mortificat: et hec imutat: Et quidem crucifixio doloris sensum habet: unctio lenitatem. Suavis unctio est et efficax: tamen que sine lesione oleo exultationis et leticie/ a corruptione carnem illesam conseruat: corruptionem aufert: et cruciatum non importat: Domini iesu passionem unguenta preueniunt: unguenta subsequuntur: ut discas et tu carnis tue/ si quis est cruciatum/ unguentorum exuberantium perfusione lenire: Bis unctus est/ ut et crucis non sentirem iniuriam: et resurrectionis suae nouitatem consequatur: Et ut quasi per hoc sacramentum spiritualis unctionis gratiam commendaret. Bonum ergo unguentum/ cuius ut sic dicam/ liquor carnem immutat: et odor spiritum recreat. Et ut summarim hec recapitulemus: unctio est mentis et exultatio: odor est ipsa oratio. Unctio spiritualis letitia: odor

112

quedam eorum que animo gestantur / exterior per famam no-  
titiam . unctionio interna delectatio . odor quoddam de gaudiorum  
experientia desiderium suauiter profluens . Ideo odor unguen-  
torum super omnia aromata : Omne enim orationis incensum  
et desiderii uehementiam excedit / desiderium illud quoc de ce-  
lestium blandimento gaudiorum gignitur : et concupiscentia  
que de spiritus unctione quasi suauissimus quidam odor uber-  
tim exalatur . Bonum hoc desiderium / quod uim habet oratio-  
nis : et non habet afflictionis molestiam . Sponsa hec cui priui-  
legium hoc unguenti et odoris defertur : Quid mirum si audi-  
us optat / que gustat suauius ? Equum enim est ut amplius oret  
que arctius heret : Adherens sponso / unus cum illa effectus est  
spiritus : Idcirco non nisi spiritus redolet in ea / qui unxit eam  
et orat pro ea affectibus inenarrabilibus : propterea odor unguē-  
torum eius super omnia aromata : Et in apocalypsi legis phia-  
las plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum . Aro-  
mata / sicut Exodus docet / geminos in usus distribuuntur : id  
est chrismatis / et thymiamatis . Nonne tibi uidetur etiam nunc  
in laudibus sponsae / hec utraq; coniungi : Vnguenta eius et un-  
guenta sunt / et odorifera ualde : Odor enim eorum super om-  
nia aromata . Vnguentum ut dictum est / donorum perceptio :  
odor de perceptione actio gratiarum : Desiderium eternorum et  
quidam inter sublimia bona / sensus humilis : Oratio enim hu-  
miliantis se / ipsa nubes penetrat . Vides quomodo ascendit  
odoramentum humilis orationis : Ascendit phariseus ille in te-  
plum ut oraret : sed orationis eius odor nesciuit ascendere . Bo-  
na gratiarum sibi diuinitus collata secum reputat : et quasi un-  
guenta recenset : Non sum inquit sicut ceteri homines / rapto-  
res / iniusti / adulteri . Audi pre quibus unctionem se gloriatur :  
gloria eius in confusione aliorum uidetur : Non magna glo-  
ria : magna tamen ipsi uidetur : Ipsi redolet : non tamen super  
aromata : sed super sulphura ceterorum . Audisti quibus prefe-  
ratur . audi nunc quid in se gratie preferant unguenta / in quibus  
phariseus gloriatur : Ieiuno bis in sabbato : decimas do oīum que

possideo: et si quem defraudaui / reddo quadruplum . Bona hec  
legis elementa redolent : non euangelicam doctrinam : non ieiu-  
nat per omne tempus: non renuntiat omnibus que possidet: ut  
non habeat unde possit / uel primitias / uel decimas dare . De/  
fraudata reddit in quadruplum : non se patitur defraudari: non  
quod reliquum est exponit / partem auferenti : non acceptas se  
habere dicit iniurias . Pharisee inter infirma opera supra mo/  
dum tumes : Pharisee non rogas: sed prope astanti publicano  
iniurias irrogas : Tu de te ipso perhibes testimonium . exiguum  
est testimonium tuum : Duo quedam in oratione tua non  
tam redolent q̄ fetent: tumor / et tepor . Tumor est in eo quod  
publicano improperas: Tepor quidem quia omnino nihil ro/  
gas . Quowodo enim non tepebit oratio elationis uento / et ina/  
niter faciata ? Pharisee non oras: sed effers te ipsum : Tu de te  
ipso perhibes testimonium / non est uerum : De operatione tua  
exiguum est: de prelatione non uerum : Audi enim testimoniū  
ueritatis: Amen amen inquit dico uobis/ descendit hic iusti/  
ficatus ab illo in domum suam . Non enim qui seipsum cōmen/  
dat / ille probatus est: sed quem dominus cōmendat . Ideo felix  
anima ad quam ab ipsa ueritate tam excellens cōmendatio pre/  
fertur . Odor unguentorū tuorum sup omnia aromata . Magnū  
exhibitum est publicano testimonium : Huic autem cui laudes  
iste canuntur multo maius : descendit ille iustificatus a phari/  
seo: hoc est ab homine elato / ab homine iniusto in domum suā:  
Huius autem sponse unguentorum odor omnia excedit aroma/  
ta . Ingens preconium . sed ipsa non ab homine testimonium ac/  
cepit: sed ab illo qui corda scrutatur : qui per fidem et dilectionē  
in corde ipsius et inhabitat et operatur : Non se cōmedat : non  
improbat alios : Fauis enim distillans labia eius . Capitulum  
hoc ordine sequitur: sed hodie tractari non potest . Crastina dis/  
putatio auditui uestro et auiditati dabit gaudium et letitiam  
in domino iesu: quod ipse prestare dignetur qui uiuit et regnat  
per omnia secula seculorum .

SERMO. XXXIII.

113

Auus distillans labia tua sponsa / mel et lac sub lingua  
tua: et odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris. Vnde  
meteter dulcia sunt / que nunc dicta sunt ad sponsam: Sed  
queritis quoniam superioribus ista conueniant: Semel uos commonuisse  
sufficiat: et necessitate continuationis liberam esse legem commen-  
datiois. Non tenet seriem: sed utitur uaga licetia. Vbi laudum  
ratio uertit: non potest ordo quidem exigi: sed nec debet respici: si  
assignari queat post unguentorum laudes: statim laborum gratia pro-  
fertur in mediis: Quid enim si non de unguenti virtute hec in labiis  
diffusa est gratia: Euangeliu reuolute et aliquod tale de sposo ip-  
so dici iueneries. Spus inquit domini super me: eo quod unxerit me euangelie  
lizare paupibus miserit: Oportuit ergo et sposam in hoc assimili-  
lari sposo: ut et ipsa in opus euangelii unctione spus ungeretur.  
Spus enim ad officium unguit et ad efficaciam. Vtrumque ab illo est: et  
ministerii gradus: et gratia ministrandi. Sine gratia gradus iutili-  
lis: et sine gradu presumptuosus usus est gratiae: Quoniam predicabunt  
nisi mittentur: aut quoniam mittenent nisi ungantur: sicut scriptum est:  
Spus domini unxit me: euangelizare paupibus misit me. Spus ordi-  
nat in officium: spus et os aperit: et format in usum. Idcirco in lau-  
dibus sponse prius agit de unguentis sponse: deinde de dulcedie  
laborum eius. quia etsi dulcia loquitur: non ipsa est que loquitur: sed  
spus sponsi qui loquitur in ea. Denique audi quod ipse sponsus Iesus  
primitius pollicetur spose. i. apostoli: quia primitias spus accepert.  
Ego inquit dabo uobis os et sanguinem cui non poterunt resistere omnes  
aduersarii uestrorum. Magna quidem uirtus sermonis diuini: et ad-  
uersantes reuincere potest: et non aduersantes allucere. Et hoc ipsum  
est de preconis eius: quod nunc in disputacione uertit: ad blandimen-  
tum plus spectat quam ad redargutionis effectum. Fauus distillans labia  
tua: familiare quidem est illi et quasi inatum dulcia loquitur: Si quando  
autem increpat dure: pugnatur illud ab ea et de longe ascitum: et non  
in scitu: nec sic est affecta: sed magis coacta. Cum dulcia loquitur  
de propriis loquitur: cum uero dura: non habet hec oris eius qualitas  
sed prauitas audientium. Ergo de proprio et de familiari laudat  
sposam cum dicit: Fauus distillans labia tua: sed quia de continuatione  
aliqua ita audistis: uultis et de continetia comedatois eius disseras.

Tria quedam laus ista complectitur / dulcedinem / plenitudinem / parcitatem . Dulcedo consideratur in genere : Plenitudo in copia : parcitas in effusione . Quid effusionem dico ? Distillatio magis est quam effusio . Fauus distillans labia tua . Quid nescitur in assignandis singulis imorari ? Ipsius enim scitis : quia fauus non nisi dulcedinem effundit : nec nisi de pleno effundit : Et de plenitudine quidem ipsa / non totam ipsam : Ideo fauus non effundens / sed distillans labia tua : Est ergo in labiis sponsae et dulcedo sola / et dulcedo plena / et dulcedo sobria : Plene quidem possidetur : sed non plene effunditur : Sed prout auditorum capacitas exigit / uultis etiam ipsius sponse de labiis suis habere testimonium ? Quā dulcia inquit fauibus meis eloquia tua / super mel et fauum ori meo . Dulcia quidem sunt labia sponsae / eloquia enim domini distillant ab eis . Eloquiorum domini est ista dulcedo : Non enim de suo loquitur : sed quasi sermones domini : Idcirco diffusa est gratia in labiis eius . Accipite iam ex parte qualia mella sacri fauus distillat eloquii : Et unicuique sicut deus diuisit uasis cui instilletur mensuram . Remittit / permittit / promittit / premittit : Delicta remittit : infirma permittit : eterna promittit : et ipsorum primicias quasdam premittit . Sapientiam loquitur inter perfectos : Sapientiam quem non huius mundi / sed dei : Sapientiam in misterio absconditam / et inter minus spiritualiter sapientes nil arbitratur se sci re / nisi christum iesum et hunc crucifixum . Cohortatur ad perfectionem / non cogit / sed magis consolatur pusillanimes : Suscipit infirmos : Et si inquietos corripit : correctio iam dulcedinem sapit maternam . Peccanti compatitur : conuerso indulget : nec indulgentiarū numerū et quasi terminū quē nō transgrediatur prefigit : cui precipit septuages septies in die delicta toties cōfidenti donare . Vide quā multitudo dulcedinis in labiis sponsae que totiens ipse pessulus in malum : totiens si conuertaris / ipsa tibi distillat in bonum : et prebende uenie uicibus non exhauriatur . Denique ad instar angelorum dei non insultat / sed exultat super pectore pniā agēte . Bonū ergo ē labiis eius auditū prebere

114

Nam et dominus precibus eius aurem accōmodat : sicut tuum  
prouocat et inuitat affectum / ut prodat et suum . Loquere Ipon  
ſa quod loqueris : quia audit cum desiderio dilectus tuus : siue  
disputantem de ſe / siue colloquentem ſibi . Sed cum ipſi ſpōſo  
ſponsa loquitur : tunc loquitur in loquela dulcioris labii / et lin  
guia altera : Tūc cordis labia uere melle delectationis stillant  
diuine : Immo non tam distillant q̄ fluunt : quoniam ora illa in  
melleas affectiones anima tua conuertitur . Beata uicissitudo  
quādo de corde ſponse quedam fluenta mellis emanant in dilec  
tum : et ab ipſo redūdant in ſponsam : Ad locum enim unde ex  
iuit hec mellis flumina reuertuntur / ut iterum fluant . Boni fa  
ui in labiis ſponsi et ſponse eructantes ex hoc in illud : et inuicē  
rorantes amoris dilectionem . Ille deſuper irrorat gratiam : illa  
deorſum actionem gratiarum . Ipſe iesus in anima dilecta roris  
huius mellei ſillas genuit . Dulces omnino ſtille roris / affecti  
ones ille diuini amoris : quando ſponsa liquefacta tota distillat  
a facie eius quem diligit : a facie dei ſui . Ideo quaſi fauus distil  
lans labia eius : eo q̄ uehementer dulcis eſt / ſic affecte mentis  
succensio : ſed uelox ſuccisio / propter illū dulcem in excessum  
mentis raptum : et propter citam interraptionem . Fauus distil  
lans labia tua . Purgata omnino hec ego crediderim labia de qui  
bus ipſe iesus dulcedinem melleam haurire ſe reputat . yſaie la  
bia forcipe et carbone de altari tacta purgantur : Misit inquit  
alius manum ſuam dominus / et tetigit os meum . Que ſponsa  
eſt / non carbonem / nō digitum optat : ſed oris cōtactum . Oſcu  
letur me inquit oſculo oris ſui . labia labiis debentur : nec enim  
de ſponse labiis exprimerentur dulcedines : ſi non labiis impri  
merentur dilecti . Quid autem niſi oſculi ſuauitate / quod de la  
biis ſponse rapit / ſe delectatum gaudet cum dicit : Fauus di  
ſtillans labia tua . Propter utrumq; / et propter oſculum cha  
ritatis / et propter oraculum ueritatis . Fauus inquit distillans  
labia tua / et mel et lac ſub lingua tua . Iſtua iam proprie  
ad elloquii gratiam respicit : Nam labiorum uſus etiam ad  
oſculum eſt : lingue uero ad eloquium tantum . Non tantum

dulcedo in lingua sonat : sed mel et lac sub lingua tua . Simu  
lata dulcedo est / que tantum sonat in lingua / et non sentitur  
sub ipsa . Exigua est que tota est in labiis et in lingua : et non  
pars eius maior sub lingua . Non est dulcedo tantum in eius lin  
gua / et non sentitur sub ipsa . Exigua est que tota est in labiis  
et in lingua : et non pars eius maior sub lingua : Hon est dul  
cedo tantum in eius lingua / nec tota est in lingua : Sed sicut ip  
se qui nouit testatur : mel et lac sub lingua tua : Ideo eructat  
uerbum bonum : uerbum tam melleum q̄ lacteum / propter dei  
tatis maiestatem / et propter incarnationis misterium . Lingua  
et labia / ac si quidam argenteus canalis sunt / per quem de cor  
dis fonte riuuli lactis et mellis erumpunt : Vtrumq; dulce :  
sed distincta dulcedo : Lac paruulorum est / ut Paulus loqui  
tur: et idem inter perfectos dulcem et diuinam / et quasi melle  
am sapientiam docet . Alii mel tantum habent sub lingua: alii  
tantum lac / et non mel : Mel autem et lac utrumq; pariter sub  
lingua sunt sponse : Nec mel fluit / sed magis distillat . Nec  
enim passim et intemperanter profundit sublimes illos et recon  
ditos sensus secretorum celestium / deitatis archana : nec lactis  
potum sine delectu propinat : Mel inquit et lac sub lingua tua .  
Non enim sermo est uel interna dulcedine uacuus / uel interne  
dulcedini coequatus : In promptu est illi dulcia loqui / sub cu  
ius lingua mel et lac . Beata lingua que uelut fauus distillat :  
et uelut ubera quedam paruulorum lacte distenditur : que mel  
distillat et lac fluit . Omnis clamor et amaritudo et blasfemia  
longe ab istis proscribitur labiis : Sicut apostolus suadet horta  
tus hec est iuxta psalmum : Sub lingua eius labor et dolor . Sed  
mel et lac inquit sub lingua tua . Fauus distillans labia mere  
tricis : et nitidius oleo guttur eius : non tamen mel et lac sub  
lingua eius: nō in intimis eius: nō in ultimis eius: sed nouissima  
eius amara sicut absintiū: et acuta ut gladius biceps . Demuliere  
uero forte hoc idē in puerbiis inqt . Fortitudo et decor indumē  
tū eius: et ridebit ī die nouissimo . Spūalē illū et uere beatū risū  
īā nūc pturit os eius / et quasi dulcedo eius sub lingua latitat .

MAS

Ebulient autem que nunc subsunt mel et lac in plenam el  
ticiam in die nouissimo: tunc nulla ex parte quasi sub lin  
gua premetur silentio: sed pressum diu prerumpet gau  
dium: et implebitur os risu eius. Os mulieris cuius forti  
tudo/ et decor indumentū eius. Vide quomodo non opor  
ter nudam iueniri que promissa sibi expectat gaudia red  
di. Quis scit si non hec ipsa sunt indumenta/ de quibus in  
hoc eodem cantici loco subsequitur: quia odor uestimen  
torum tuorum sicut odor thuris. Opui inquit psalmista  
In ieunio animam meā. Item hūiliabo in ieunio animam  
meā: et oratio mea ī sinu meo cōuertetur. Bona uestis ieu  
nium cuius sinu quodam secreto oratio commoratur: ue  
stis est que sinū hēt. oratio mea ī sinu meo conuertetur.  
Habes hic utrūq; si aduertas/ et in ieunio indumentum  
fortitudinis/ et in oratione odorem thuris: Oratio inquit  
mea ī sinu meo conuertetur. Cur uero ait ī sinum: An  
forte defectum orationis tepide/ et infracte dedit intelligi  
Inq; ipso primo euanescentis processu: ideoq; dicitur: In  
sinu suo conuerti, ibidem: Scilicet occidens ubi exhauste  
Sed quomodo conuertitur et redit que perit? Magis qui  
dem ī sinu cōuerti uidetur: que scelerem presciis repor  
tat effectum. Et si nondum plene ex parte tamen humilis  
et deuote petitionis fructu potitur. habet enim dulcedinē  
multā uehemēs/ et deuota oratio: et dū dirigit in conspe  
ctu domini/ quasi incensum suauē/ ipsa odoris sui sensum  
haurit. Ante non bonum indumentum quom uapor huius  
nebule ipsam offerentis operit/ et uestit animam. Bonum  
plane/ sed nos sicut cepimus uestimentorum interpretati  
ones/ secundū exteriora exactus exequamur. Opera enim  
bona/ et priorem difformitatem operiunt/ ne ad noxam  
imputetur/ et decorem quendam/ et uenustatem conferūt  
ut ad gratiam reputetur. Bona ergo uestimenta/bona sunt  
opera/ et simul ornant/ et orant; et q; ornent/ manifestum  
quidem est/ sed non omnium ornatus redolet thura: non

E

orationis specimen renet. Deniq; cuiusq; opa et potētia / et  
pulchra ostentationē et inanem iactantiā redolent / non sup  
plicationis instantiā / nō placendi domino nō ipetrāde uota  
gratia. Quō. n. aptabiē odor uestimētorū tuorū sicut odor  
thuris ? Qui uero oīa agit / ut ea placeat / cui se p̄bauit deo  
ut eius mereatur fauorem utiq; odor uestimentorum eius / si  
cūt odor thuris . et quidem thura nisi deo soli nec offerri  
solent nec debent . Ideo odor uestimentorum eius sicut  
odor thuris : cū quicquid siue palā siue clā agit : ad ipetrati  
onem placationis refert diuine. Idem uidetur esse oleū iua  
sis / et uestimentis odorem / sed odorē thuris . Quid aliud q̄  
gaudia illa spiritualia : et eternā delectationē dēū exorat / q̄  
omnē aliam obiurat et horret : Sitiuit inquit psalmus in te  
aīa mea / q̄ multipliciter tibi caro mea . Vides ī uerbis quō  
et ipsum carnis uestimentū / quasi orationis habet uicē / dū  
eo sitire dicitur . Caro uolūtariis afflita disciplinis / nōne  
supplicia / quedam ad eū supplications sunt . Elemosyna  
pauperi misericorditer impensa exorat : carnis proprie  
nlectatio discrete repressa / cur nō et ipsa orationis habet af  
fectum ? Voluptatis represso quedā est uotorū expressio /  
et desiderii delectationē aliā suspirātis / orationis feruide  
in sinu cordis / uertitur et cōuertitur . Thura in exterioris  
abstinentie uestimento suauiter fragrant / et bonū oīo ue  
stimentū / quādo aliam non tam carne uestitur q̄ carnaliū  
ieiunio quodā et tēperantia uoluptatum . Bonum oīo ue  
stimentū cōtinentia uirginalis / suauem redolet / et uelut  
thuris odorem / uel illi quem diligit / uel sibi que diligit .  
Quicquid cū dilectione offertur / nō potest non eius dele  
ctione p̄frui ipsa que offert . Omnis enim hec dulcedo  
que predicatur in ea / sentitur et ab ipsa . Ab ipsa manat / et  
in ipsa manet . In labiis fauus sub līguā mel / et in uestimē  
tis eius redolentia thuris . Proxima sunt ipsi uniuersa hec  
quoꝝ tam gratus est sensus / et perfructio dulcis . Erunt in

116

quit dñi ut complacent eloquia oris mei / et meditatio  
cordis mei in cōspectu tuo sēp. Habetis hīc utraq̄ hec / et  
ne quid desit ad cumulū gracie sub uestimētoꝝ uocabulo  
opti qualitatis tertio loco p̄fert̄ in mediū . In labiis stil  
lant eloquia / sub lingua meditationes mellee fluunt uesti  
mentoꝝ ornatus thuris spirat odore . Quid illi censes de  
esse ad gloriā in qua hec tria cōplacent / os anīus / opus ?  
Hoc nūero oīa cōprehensa sunt / sed ordine cōuersa sunt.  
Ab opibus .n . ichoandū est / non ab eloquio . Cornelii cen  
turionis primo opa et orationes exaudite sunt fide corda  
mundata sunt . Deinde sup ipsū et sup suos spūs cecidit .  
et erāt loquētes linguis ipsi apostoli post ascensionem do  
mini unanimē p̄stiterunt in oratione cōpletis p̄missiōis  
diebus / resplerti sunt spū : postea p̄fecti predicauerūt ubiq̄  
Primo in oratione profusi sunt : deinde spū infusi sunt . et  
sic quā suscepérāt aliis grām ipsi profundūt . primo expe  
cratione et desiderio cōuersi sunt ad deū : secūdo ad ipsoſ  
facta est dei cōuersio : tertio ipsi cōuersi confirmāt : et con  
firmant fratres suos . sed siue sanctitatē uite / siue uisitati  
onē diuinā / siue uerbi mysteriū in apostolis attēdas : oīa  
hec uestimentoꝝ uicē tenēt . his oībus opti sunt et ornati  
sunt : quid in illis relictū est / aut nudū / aut uetustate pri  
stina sordens / quin tam festiuo et uerbis / et uirtutis cultu  
resplendent . Eximius itaq̄ cultus in illis / sed nec copia  
minor qui tā hec uestimēta redolent : qualis est odor eoꝝ  
nūquid nō sicut thuris ? Cū domini pecuniā cōseruis err o  
gant / unū inde penes se quicq̄ uel furti residere passi sunt  
Nihil inde fraudulenter sibi decerpentes : etiam a laudis  
munere manū excutiunt oīa referendo ad gloriā dei . Ipse  
tibi paul . subtilia et idissolubilia quedā uestimēta uerbis  
suis contexit : et pro capacitate tua lumīs et intelligentie  
coaptat amictu ? nō tamē in psuasilibus hūane sapie uer  
bis sed ī doctrina spūs . iō uestimēta quibus uel ipse teg it  
uel que tibi contexit non nisi thuris habent odore . nā affe

etata uerborum lasciuia / et cultus ianis : et leuis glorie redo  
lere uidet effectum : et q[uod] nō leporē eloqui / sed lubricas et fal  
laces disputatiōes subtilioris sectant̄ materie : dum se ni  
mis ppter ianē fauorē extenuāt / aliquoties itexūt blasphemias.  
Nō ergo odor uestimētorum eiusmōi sicut odor thuris  
Nullū i uestimētis spōse excipe uide dū īdefinite pñūciat  
Odor uestimētorum tuoꝝ sicut odor thuris. O me felicem si  
uel unū uel altꝝ ī me uestimentū itegꝝ reddat thuris odo  
rē : nec aliqua amixtione pegrina corruptū , nā ad hāc men  
furā / ut oīa eius idumenta uelut thura redoleāt neminē ac  
cessisse puto : qui nec dū ī sponsarum sortem meruit asciscī a  
domino iesu sponsarum spōso .

C SERMO. XXXIIII.

**O**rtus cōclusus es soror mea spōsa / ortus conclusus  
fons signatus . Prīo ex uerbis suis laudatōis huius  
affectū pēlare oblectatus uidet : q[uod] nō ē cōtentus lau  
dasse semel / et q[uod]tū cēt si uel simpliciter / et sine repetitiōe  
eius quā alloquit̄ / eloqueret̄ preconia ? Nunc aut̄ et exq[ui]si  
tis ad illā utit̄ blādimētis : et cōgratulādo ipsā cōgemiat  
Quid ni quā in matrimōii delegit grām / nō eius dotibus  
eximiis aggaudebit . nō poterat in tā dulcis necessitudis  
iura nisi digna eligi / nec iā electa tepide diligi . Nunquid  
nō equū est ut et ipsa ī talibus ei placere studeat q[uod] sic ipsā  
p[ro]bauit : ipse p[ro]bat : ipse talē parat : ipse plantat sibi paradi  
sū uoluptatis : ipse qui talē eā parat / ipse cōparat paradisū  
delitiaeꝝ / Ecce inquit ysaac odor filii mei . sicut odor agri  
pleni cui benedixit dominus . Hec aut̄ nō agro confertur  
sed orto ubi spūalis uidet̄ plātatio floꝝ et aromatū cultus  
uberior . In hunc ortū iesu bonū libēter descēdis ad areolas  
aromatū / ut cubes in eo / ut colas et custodias illū . Ortus  
inquit conclusus soror mea sponsa . ortus cōclusus . p[ro] ortū  
internas frēs intelligite delicias : p[ro] conclusionē disciplinā  
custodie . Quē dabitis orto similē nisi cuius anīa spūali  
bus sic affectibus redolet : sicut aromaticis floribus ortus :  
q[uod] iocundū penetras / q[uod] suavis recessus in pectore spōse : in

117

dem fieri secundum multitudinem dolorum meorum ī cor-  
de meo : si consolationes tue letifcent animam meam . Vi-  
deris fratres qualiter aquilo ad mensuram sui austrum  
parturiat : et forte ubi abundauit aquilo : superabunda-  
uit et austus . Auster enim et per se flabit / et aquas in-  
tulit aquilo compensabit iniurias . Ergo surgat aqui /

Io seuiat quantumlibet fremat, dummodo occasionem et  
quasi uim prester flatibus austri. Nonne tibi uidetur gra-  
ues pertulisse aquilonis flatus quos in epistola ad hebre  
s paulus alloquitur: Magnum inquit certamen sustinuitis  
passionum: et in altero quibem iniuriis affecti: in altero  
socii taliter conuersantium effecti: nam uinctis inquit co-  
passi estis: sed inter tanta aquilonis flabra/ nullas sibi ui-  
ces uendicauit austri? Immo plane: deniq; audi quod se-  
quitur, et rapinam inquit bonorum nostrorum cum gau-  
dio tulistis/ cognoscentes uos habere meliorem et manen-  
tem substantiam. Quid cum apostoli irent gaudentes a co-  
spectu concilii quoniam digni habitu sunt pro nomine ie-  
su contumeliam pati. Non tibi uidetur contra aquilonis  
graues impetus, leuiter ipsis austri spirasse. Considera tri-  
stia illa substantia sepulture dominice. Nonne uelut ad a-  
quilonis flatum apostolorum corda in fidelitate et tumidi-  
tate quadam diriguerunt. Resurgēte domino cepit austri  
leuis ortum eius perflare. Totis his deniq; quadraginta  
diebus in multis argumentis dominice resurrectionis et  
ueritatis fides/ et ueritatis fiducia sensim incrementa sum-  
pserunt. ipso die penthecostes quando factus est spiritus  
uehemens in cenaculo ubi erant apostoli sedentes, soluta ē  
omnis congelata mentis frigiditas, sicut torrens in austro  
et deinceps uerbi uirtutumq; profluxerunt aromata. Sed  
nunquid in circō aquilo durus quieuit. Nonne multo ue-  
hementius persecutorum insurrexit procella et impetus he-  
retici tempestatis. Nunquid non emulatione quadam ten-  
tatiōis aquilo austro se opposuit gratie? Quasi solus ortū  
ipflare conat: quodā rigore duri spūs/ aromata restringere  
uolens ne fluant, sed tanto latius fluxerunt aduersitatis et  
prospicatis alterius motibus nūc puocata nūc pacata sponsa  
christi. Ecclesia eius aromata uirtutū proferre nō destitit  
uel non desinit; in psecutiōe uirtus diminuit; i pace auctus

129

est numerus : in illa fortis probantur : in ista fouentur  
infirmi . Quid ergo primitiua ecclesiam : nunc memo-  
r : Et adhuc et si non tam uebementes / frequentes tamē  
aquilonis impetus sustinet ortulus sponsi . Alternant cir-  
ca illum uices / auster et aquilo grauis impetus hoc tem-  
pore ecclesiam impulit : et quidem ab aquilone . Nam in  
de origo est scismatis / inde oritur / et ibi moratur . solus il-  
lic aquilo premit : dic ei domine / ut surgat et discedat :  
uoca et dic austro : ueni perfla ortum meum / et fluunt aro-  
ma . Non dico austrum felicitatis et securitatis terrene  
Nam hic auster frequenter aromata stringit et exsiccat :  
sed austrum uoca gratie tue : et si ita necesse est : et aquilo  
nem illum sterilem ortum mitte / non obstinationis sed ue-  
xationis aquilonē / ut ipsa uexatio det itellectui ad obaudi-  
endum . Aquilonis rigore flagella ortum tuum : hoc quasi  
uerbere excita torporem eius / ut audius ad austri se leuia  
spiramina conferat / tam partibus q̄ temporibus : auster et  
aquilo circa ortum nostrum uices alternant . sicut enim  
nunc flant auster / nunc aquilo / ita hic auster / et illic aqui-  
lo . Aliquotiens autem et simul flant / sed alter foris / et al-  
ter intus : foris aquilo et intus auster / ille furens et iste  
fouens . fremat aquilo / et tumultuetur foris / tantummodo  
ortus intus non perflet / intro non penetret / intimam que  
est in christo non cōstringat cordis leticiam . Quando do-  
mine ex integro gelidus ille spiritus quiescit : quādo erit  
utinam non timeatur a facie frigoris eius . fundata est  
ciuitas tua / ortus plantatus in lateribus aquilonis .  
Hic uentus in scripturis dexter uocatur : Ideo Iob ta-  
lem super eo deponit querelam . Ad dextram inquit orien-  
tis illico calamitates uice surrexerunt . iure uētum illum  
dextrum uocauit / qui nihil ei quiuit sinistrum inferre .  
Quin etiam glorie uiro iusto comportauit augmentum /  
quando uirtus probata enitnit / et quando prouocata

excreuit . De uicino in ortum tuum impinguit . Situs est  
enī in lateribus aquilonis . Effice illum nobis nomine dex-  
træ . tempera illum flatibus austri . cooperatur enim nobis  
etiam aquilo in bonum tue dilectionis / etiam austro afflan-  
te siue iussus siue premissus surgere aquilo tribulationis  
non nos terreat . Modicum enim et consolatiōis auster suc-  
cedet / si non interim intercedat . ubi enim abundauit affli-  
ctio / abūdauit et gratia . Sed quid uobis fratres de exterio-  
ri dispuo tribulatione ? Alius solet uos aquilo perurgere .  
Ab hoc uobis deus aquilone parcit / alios interponens qui  
secularis tumultus et turbationis impulsus frequentes ex-  
cipiant . Exterior nos cura grauis in illa perstringit / quia  
de iure nulla cōtingit / nec tamen immunes nos sinit quos  
exterior cura non ualet / interior afficit tedio . Bene cum  
illis agitur in hac parte q̄ exterioribus non parent : sed ni-  
hilominus aquilonem non effugiunt / dum sibi in interio-  
ribus non placent . Festiuā priuī gaudia uertuntur in fasti-  
dium / et hylarem mentis faciem tristicia commutat . Fe-  
lix cui non est hec commutatio . Sed quis tamen est ? quis  
enim est / quem non aliquotiens et tedium conficiat / et ex-  
ultet tristicia ? Deniq; ubi prospero ferebamur nauigio : ibi  
paulo post uadofa incurrimur : et secunda fluentibus aura  
turbo aduersus erupit . Etiam ubi non erat ratio instat tur-  
batio . Causa non eminet / et ira imminet . Irascitur homo  
ire / quam irrationaliter patitur / et cuius detestatur mo-  
tum / nescit exortum . Spiritus hic durus / ubi uult spirat :  
et nescis unde ueniat / et forte quo uadat . An magis quo e-  
uadat ? Nam hec se ad malum talis affectio uadit : sed fre-  
quenter euadit ad bonum . Non pertingit quo pergit : sed  
facit deus etiam de temptatione prouentū / quando uult ipse  
iducit aquilonē / quādo uult dicit aquilo surge . Et si interi de  
eius molestia queris : scitore tali magisterio et comme-  
morari / et commoneri . Commemoraris / ut aquilonis  
uiciniam attendas : commoneris / ut rigorem eius effugias

130

Non subest tibi dum lateribus aquilonis situs es eius ui  
cinam fugere: sed tamen uiolentiam euadere potes. dum  
hic sumus semper uicinus est. non est semper uiolentus:  
sed postquā girauius per aquilonem / sed reflectimus p  
meridiē: etiā cum ipulsum nō sentis habe suspectā uicinā  
eius. Quando tamen eius turbines euadis nisi leuis austē  
uocatus adueniat? Et si expandis ad austrum alas tuas ut  
in celestem plumescas uolatum: si tamen se intermiscere  
nititur aquilo. et nascentes in nouitate pennas / gelido re  
stringere spiritu. pennas a uolatu / et aromata restrinxit a  
fluxu. stringit inquam non tollit Vehemens enim tedium  
et amaritudo cordis / uirtutes ipsas exercet / non euertit.  
Hic turbo propositum sanctum impellit quidem / non tol  
lit. stringit letitiam / non tollit constantiam. Tedio affici  
tur animus / sed conficitur / tristatur / sed oblectatur tristi  
cic sue. Non est minus fortis sic affecta uirtus / sed minus  
felix. Quid illi conuictio cum quo rixatur bellum indicit  
quasi suum non est fastidium cum quo fedus non contra  
bit. Molestum patitur / non propitiatur illi. Deniq; non  
ipse animus hoc operatur / sed magis aquilo in cuius late  
ribus habitat. Ideo detestatur illud: eo q; aduersus uirtu  
tem eius mollimina sentit. qui sentit / ipse scit. Quanto  
enim cum tedio / illud bone conuersationis tedium tolle  
rat. Quomodo fastidit fastidium illud: quanta cum ama  
ritudine oblectatur amaritudini illi / amritudini uiolente  
quam de iugitate exercitio disciplinaris / inuito se inge  
rit. Ad austrum animus ex uoto se uergit: et ecce aquilo  
aduersanti / et inuito se oportune immergit. durum est sub  
stinere a facie frigoris huius / et fugere nō subest ad uotū.  
Laborat animus / et discipline tedio: et huius tedi odio.  
Molesta est utraq; affectio / et non dulcescere quod elege  
ris / et sentire quod oderis. Molestum utrūq; / et propugna  
re discipline / et propulsare desidiam. Quomodo iesu bo  
ne tantam tandiu toleras uexationem dilecte sponse tue?

Desidiam inuite patitur: et quasi uoluntaria in se sit/puniendo prosequitur . Egerrime tolerat quod non ad uotum in te qui bonum eius es / solum delitiari ualet sibi imputare q[uod] suffert inuita . Stimulator ab aquilone uenit illi: sed stimulus iste ad preces sponsam instigat . hoc stimulo castigata ad supplicationes se confert : que se prius in amplexus parauerat . Mitiga sponse tue iesu bone a diebus his malis . Nisi enim adiuues eam habitabit in aquilone anima eius . Quis ei non consurget aduersus aquilonem nisi tu deus q[uod] uenis ab austro ? Bonum aroma / propositum sanctum et conscientia pura . Sed non fluit illi / qui boni istius delitiis non fruitur . Veni iesu bone : ueni perfla ortum tuum / ut fluat aromata eius sicut torrens in austro . ipsa est ortus : esto tu austero . Te irrigante erit anima eius / sicut ortus irriguus : et te flate non deficient eius aromata . Qui uiuit et regnat in secula seculorum Amen .

SERMO . XXXVIII .

**A**xple iesu bone q[uod] iubes transfer austrum de celo et induc illum in ortum tuum / in animam sponse tue hoc flatu leni solue tedium : solue tristiciā ab eius affectu: nam utruncq[ue] in uitio est / et preter spem aquilonis utruncq[ue] mentem ligat et peperit a puro profluvio quo lam leticie . Quid timor / nonne et ipse rigore gelido constraingit affectus : Ab alienis parce domine sponse tue . quid magis alienum ab ea q[uod] timor qui non est in charitate : cū ipsa tota sit in charitate . ille seruilis est / illā libertatem uocat Vidistis fratres hesterno uirum meticulose incedere / ut institutionis prima subiret elementa . quam morante et quam nutante pposito discipline rudimentis se passus est insigniri . Et bene nostis dum adhuc secularis erat quā largos elemosynarum riuulos manus eius fundebat . Quid erat cause nisi q[uod] mentem in hac parte timoris perstrinxerat aquilo . Auster scilicet illam ex parte afflauit / sed non perflauit . ideo elemosynarum prompte perfudit aromata

131

Sed ab renuntiationis preciosissimus ille aromaticusq; liquor :  
post multos conatus uix tandem ab eius animo tenuiter exprimi  
potuit. Plane similis erat euangelico iuueni: qui apud dominū  
de legis obseruatione gloriatus / euangelice perfectionis coarta  
tiōe tristis abscessit : nisi q; ille tristis abscessit : hic q; quis tristis  
abscessit : hic q; quis tristis / accessit tamē. Videte timoris aquilonē  
flantē sub lege : Iō de precipuis electisq; aromatibus rara fluxe  
rūt i ea. Ideo die pentecostes quādo spūs uehemens flauit ab au  
stro : tot hominū milia ueritate / uerbo / uita spiritualiter produ  
xerunt : Non eos rei familiaris cura constrinxerit de reliquo.  
Libera quidem ab hoc aquilone satis duro corda largius proflu  
unt in contemplatione et corde dei. Non accepistis inquit spiri  
tum seruitutis iterum in timore : sed accepistis spiritum adopti  
onis filiorum : in quo clamamus abba pater. Ille aquilonis gra  
tus ideo illi tanq; graui et pondereoso prementiq; se dicitur / sur  
ge. hic tanq; letus gratusq; inuitatur ut ueniat / et perflet ortulū  
sponsi. Ille penam habet : hic proflua gaudia. Ille minax ē : hic  
blandimentis delitiisq; manans. Rogabo inquit patrem meum  
et alium paraclitum dabit uobis : hoc est austrum inuitare / et di  
cere ut ueniat et perflet ortum suum . Perfla ortum meū et flu  
ent aromata eius . Quidam fructus nisi pressi coactiq; liquore  
non fundunt : Fructus autem qui sunt in orto tam delicate depi  
cto / pressionem non expectant / cogi nesciunt : sed austro pflan  
ti fluunt ultro. Intuemini mundi sapientiam : nō ne uiolenter ex  
pressa uidetur : et longe elaborata tam exercitio q; studio : At in  
nostre actoribus prophetie / et uelox et uehemens sapientie pru  
pit abissus. Vultis uelocitatē audire : cum steteritis ante reges  
et presides / nolite premeditari : dabitur uobis in illa hora quid  
loquamini. Vultis uehementtam : Ego inquit dabo uobi os et  
sapientiam cui non poterunt resistere aduersarii uestri. Quādo  
hec tam subita et tam serena profluerent : nisi hoc austro afflan  
te : Audiuitis iam unde uenerunt aromata ueritatis tam pflua  
et parata tempore suo . Charitas nōne et ipsa diffusa est in cordi  
bus nostris p spiritum sanctū qui datus est nobis : Multa sunt

G

aromata que profluunt per spiritum : nec nisi per spiritum : gaudium / pax / patientia / longanimitas / bonitas / benignitas / fides / mansuetudo / modestia / continentia / castitas : hec non modo per uenerunt / sed etiam profluxerunt. quod profluunt / copia desiguntur. quod ad flatum austri / coactio tollitur. Charitas non potest cogi / gratis fluit : non necessitate sed arbitrio fertur : austro tamen flante : Arbitrii quid enim confert libertas : si non aspiraret austera gratie : Nam et si arbitrium ubi est / semper liberum est. non tamen liberum ad omnia id esse damus : nec electionem nec executionem omnium liberam habet : In eligendo semper est libertas : sed non est semper ad eligendum : eligere namque nisi libere non potest : sed est aliquid quod non eligere per se potest. Sui iuris uoluntas est : libera est cum adest : sed non est animus ad omnem quam oportet adesse uoluntatem liberum cum abest : Nec magis sui iuris est / quod intensam habeat uoluntatem quam habet. Nec quam habeat uoluntatem bonam : nec quantam post lapsum in libertate consistit arbitrii. Quod uult animus / semper libere uult. Sed non est liberum ei quodlibet etiam quod oportet uelle. Est enim libertas que sine uoluntate non est : et sine qua non est uoluntas : Illa est in uoluntate : hec est in quadam uolendi facultate. Illa est in ipsa : hec quasi ad ipsam. Istim possumus : et illam cogimus. Et uisus quedam est uidendi uirtus in oculo : et uisus nihilominus quedam passio in uidendo. Sic et in animo dicitur intellectus : et potentia naturalis ad intelligendum. Et uisus potest in arbitrio similiter hec occurrit distinctio : ut uno sub nomine et actitudo intelligatur et actus. Ut trobiique arbitrii libertas est / et ad arbitrandum ; et in arbitrando : et cum in malo est / semper serua est. Illa quidem eo ipso quod uoluntas : sed servit eo ipso quod mala. Omnis enim qui facit peccatum / seruus est peccati. peccatum enim cum occupat / stringit et ligat : captiuat dum cogit. Sed tu domine conuerte captiuitatē nostram / sicut torrens in austro : Emitte spiritum tuū / et nouabitur antiqua libertas : renouabitur iniqua / non recreabitur : Nam si obliterata est : ablata tamen non est : Manet que creata est : sed mouere se

nequit ad quod est data: Viuit tamen uiget: sed et in freneticis  
 nō minuitur innata rationalitas: sed in sic affectis / nullus eius  
 motus existere ualet: cum fuerit curata grauis passio nō reddit  
 Sed resuscitatur cōsopita ratio. Sic et cōcreata homini libertas  
 arbitrii / non est penitus uel ex parte ablata: sed peccato ligata.  
 eadem est que facta est: sed ē aliter affecta . et ut sic dicam / est li  
 bertas cōditionis: est libertas dispositionis / libertas affectionis .  
 Prima nature est: et ideo semp bona est. sed nisi sanata fuerit:  
 nō secunda erit ad bonum / nec tertia in bono. prima in naturali  
 aptitudine cōsistit: Secunda in habitu bene uel male constitute  
 mentis: tertia in usu . Ideo nisi fuerit aptitudo naturalis ad uitā  
 p gratiam: nec habitus / nec actus uolūtatis ad uirtutem specta  
 bit. Inualida est arbitrii libertas: ppterēa ubi arbitriū succūbit  
 afflet auster / et statim aromata fluent . Non habet generosam  
 hanc libertatē et uere liberam que est ad bonum et in bono: nisi  
 spūs liberauerit. Idcirco domine emitte spūm tuum / ut cōferat  
 et posse et uelle p gratiam . qui primo possibilitatē ad utrumque  
 cōfluit: dum uere homines cōdidit . Tres supra enumerauimus  
 libertates: In tertia uelle quidē adest: In secunda subest: In pri  
 ma cōsideratur ad duas reliquias potētia naturalis. Ergo prima  
 uocetur potentia. secūda potētas. tertia uoluntas . Nō uidetur  
 idem naturalē potentiam ad aliqd habere: et illud posse . Mul  
 ta siquidem ad que naturaliter potentes sumus / non statim illa  
 possumus: ubi cōnata facultas aut infirmitate ppenditur: aut ar  
 te usuque destituitur: frequenter ad horam populus uidere nō po  
 test: cum tamē naturali non deficit potētia uisus: adest habitus  
 et abest uisus. Naturaliter potēs est uidere: sed actualiter nō po  
 test . Sic et naturalis libertas arbitrii manet quidem: sed impe  
 dita peccato . Ideoque nō ualens habere tertiam illam libertatem  
 que est in bono: nec secūdam que est ad bonum . Prima manet  
 murata quidē / non imitata: relique nec manere dicende sunt.  
 Non. n. post peccatū / liberum nobis relinqtur bonū uelle . ideo  
 nec residua libertas est / que cōsistit in bona uolūtate: sed p gra  
 tiā hec ultima inspirat: et secūda repatur: et prima naturaliter

G ii

creatur. Dicta hec est de libertate/qua bonum uolumus quoni  
am est ex gratia: Sed alia libertas nihilominus per gratiam /  
qua non modo bene uolumus/ sed bonum ipsum affectuose/ Il  
la libertas semper in uoluntate est : ista non sic. Semper enim li  
bere uolumus/ affectuose non semper . Affectus ad libertatem  
non spectant arbitrii: Nec tamen plane libera est bone uolunta  
tis libertas: Si affectuosa non fuerit: sed cum austera flauerit/  
statim affectiones aromaticae fluent. Non premuntur ut expri  
mantur libere fluunt/ uoluntatem sanctam frequenter tedium  
quoddam et tristitia comitatur : sed affectiones dulces cum il  
lis iter non habent/ Aromaticae sunt odoratu et tactu pariter gra  
te/dulciter sentiuntur:et dulciter recolluntur:dulciter fluunt  
Aromatici utriq; sunt intus affectus/et foris affatus : Ad ista  
potest aspirare libertas arbitrii: sed de arbitrii libertate non pen  
dant. Sicut affectiones contra bonam uoluntatem sepe sunt: sic  
bone cum affert/ et si cum ipsa sunt/ex ea non tamen sunt. Libe  
ra est sine istis/ et quasi liberalis redditur ex istis: Voluntatem  
ipsam liberiorem efficiunt/ sed eius libertate non fluunt: Fluunt  
autem cum austera flauerit: O dulcis austera/ et uere optabi  
lis: cuius spiritu hiemalis rigoris horrida soluitur facies. et io  
cunde nouitatis noua temperies arridet in ortis: et noua tempe  
ries/ et autumnalis libertas. Nam in fluxu aromatum fructuum  
signatur maturitas: Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum : i cubilibus  
et in ortis aromatum/ auram hanc expectare tam dulcem/ reno  
uantem et recreantem fructus spiritus/ profundentem aromata  
spargentem odores: Mitte domine hunc spiritum nobis/ qui post  
aquilonis horrorem ortulum nostrum noua facie uestiat : Luc  
tum nostrum uertat in gaudium: Aut siquid boni significat a  
quilo illum cum austro simul in uita: lungant officia et partes  
suas assequatur uterq; : Aquilo stringat: austera resoluat: strin  
gat ille lasciuiam/ hic animum in gaudia proflua laxet : Ille  
continentiam prestet/ conscientiam exhilaret/ iste contineat: et  
ille repleat. Factus sum inquit sicut ueru in pruina: iustificatoes  
tuas non sum oblitus. Bonus ueru sicut congelatus: et infusus

foris trinētie pruina intus repletio iusticie: Bene uterq; fiat quā  
do exteriora gelido quodam continentie spiritu stringent et ite  
riora rigant profluis gaudiis : et ut austri flatum ad interiora  
reflectas/ perfla inquit. Qui perfiat et in penetrabile nihil est il  
li/ spiritus iste subtilis est acutus et mobilis: perflans non inflās  
Scientia inflat/ charitas perflat: Charitas interior est q̄ Scientia  
et ad secretiora pertingit: Anima īteriora flat spiritus: qui scru  
tatur etiam profunda dei. Vbi perflauerit : et quasi perflauerit  
ista: Ibi scientiarum aromata utiliter fluunt: meditationes.ora  
tiones: suspiria: singultus lacrime: ipsa colloquia . Omnia ue  
lut aromata fluunt/ que de charitate ducunt originem. Omnia  
que procedūt de ea/ quasi aromaticā sunt: gratia plena / cara sūt  
et copiosa sunt. Aromaticā sunt et fluentia sunt: Plena sunt que  
de charitaris plenitudine procedunt/ plena sunt et expressa non  
sunt/ nec torcularis uiolentiam patiuntur eius aromata . Torcu  
lar in hoc orto non legis extructum / nam uicem torcularis obti  
net austē . Afflata q̄ calcata melius fluūt: Gratuita enim ut di  
ximus sunt/ non extorta metu : sed spiritu fusa sunt: Qui aqui  
lonem et austrum ad huius seculi aduersa et prospera trahunt :  
et quidem gemina hac temptatione uexata ecclesia dei bone sē  
per affectionis et opinionis abundat aromatibus. Ideo his temp  
tatōibus perfiandam dimittit eo q̄ abundare nouit et inopiam  
pari . Locus iste excutionem latiorem exoptat. Sed incalor hoc  
tantum quasi leuiter tetigisse sufficiat: Sequens sermo ad mutu  
as in uitationes sponsi et spōse transibi. Si gratiam nobis presta  
re dignetur iesus christus/ qui uiuit et regnat.

### S E R M O . XXXIX

**Q**uam longe fratres a conuersatione mea sunt uerba uo  
torum istorum. Auiditatem dominus nouit : sed ausu  
destituor: Quid ni & non est ortus mihi / qualem supra  
christus depinxit:non pomo quibus auide uescitur/ non fructus  
aromatici/ non fons irrigans/ non altus puteus aquarum uiuen  
tiū: Magis autem in ortum meum ascendit horror spinarum  
et ueprum: Non audeo te bone iesu ī talem ortum uocare/ nisi

G iii

forte ut euellas et disperdas / et dissipes primo et plantes poste  
a:et sic tempore congruo de plātatione comedes dextere tue . Fe  
lix anima que te inuitare digna est ad fructus iam maturos :ad  
fructus paratos : et acerbitatis nihil habentes . Atq; utinam acer  
bitas sola nostris accusetur in fructibus . Utinam immaturi sit  
dūmodo mali non sint . Frequenter poma que genere bona sunt  
tempore non dum grata sunt . sed in maturitate sola displicant .  
Felix ortus cuius omnes fructus et natura boni sunt , et tempore  
congrui . Neutrū deesse nouit pomis suis sponsa , ad quorum  
cōmixtionem dilectum prouocat . Veniat dilectus meus in or  
tum suum : ut comedat fructū pomorum suorum . Vide q; mo  
rose et modeste : et post multa preconia facta sit hec imitatio .  
Non enim presumit et dilectum inuitare non sicut delicias / do  
nec satis se nouit de scriptura . Quid enim putatis ne iesum de  
lectabilem illum aduentum presentie sue illis indulgere qui pre  
dictis non sunt prediti dotibus laudibus digni : Temerarie pre  
sumptionis puta / sed prius q; aptus sis ad contēplationis usum  
iesum inuitas . Tu illum ad deliciandum tecum sollicitas / qui  
forte sordes adhuc delictis : Ortus tuus sentibus horret et sterile  
seit / et illuc iesum inuitas . Inuita illum non ut iam delectetur :  
sed ut deleat / q; iam plantauit dextera tua . Inuita illum ut pur  
get primo / postea plantet . In utraq; labor est / sed cū delectatio  
ne decerpere ueniet fructus maturos . Veniat iquit dilectus me  
us / Non tantum blanditur et applaudit presenti : sed etiam in  
absentē in ardescunt uota ipsius . Falsus amor : et simulatorius  
absentem obliuiscitur . presentem blanditur / non sic sponsa / nō  
sic / sed absentem desiderat : presente letatur . Veniat inquit di  
lectus meus in ortum suū . Ad me quid austrū inuitat : Ipse ueni  
at et sufficit mihi . Ipse austus est meus / Deus ab austro uenit /  
et austus uenit cum eo . Deniq; ipse plenus est gratie et ueritatis  
Bene austus meus qui serenus illustrat / et suavis illabitur . Au  
stus meus est christus meus / ipse ortum perflat / ipse comedat  
poma . Veniat dilectus meus in ortum suum / ut comedat fruc  
tum pomorum suorum . Putationis tempus iam transiit / flores

pepererunt fructus quos parturierunt. Hiens abit, recessit uer  
 estatem iam inclinatam maturior autunnus impellit. Veniat  
 iam dilectus meus iortum suum; ut comedat fructus pomorum  
 suorum. Ecce iam uenit plenitudo temporis/ ideo ueniat dilec  
 tus meus in ortum meum/ Poma prematura sunt/ ideo comme  
 dat fructum pomorum suorum: Ficulnee prima poma deside  
 rat. Cum nundum tempus esset ficorum/ accessit ad ficus secus  
 uiam uertit folia: et nihil fructus inuenit. Ante tēpus comedēn  
 di: et ante tempus fructuum/ accessit ad eam mane esuriens.  
 Noui ego ficulneam matutinos a prima pueritia fructus ferent  
 tem/ fructus primiārum/ fructus gratie uirginalis / Nec erat  
 hec ficus plantata secus uiam sed in orto/ et in orto et in orto cō  
 cluso: In orto quem circundat discipline materia: et arta custo  
 die sepes. Fecunda plane ficus et pulcherrima inter alias spetie  
 frequenter declinauit ad eam dominus iesus. Illud forte dicens  
 sub umbra eius quem desideraueram sed et fructus eius dulcis  
 gutturi meo. Sed utinam fructus quos pertulit seruasset: Vti  
 nam improba furis manus non depredasset eam: Nunc autem  
 optimos fructus tulit: et eos qui renasci non possunt: Alii suc  
 creuerunt in locum eorum.i. pro uirginali continentia/ amara  
 penitentia/ Quam dulcius illo nativo fructu quā hoc sub siti  
 uo et te et dilectum cibabas: Ve misere tibi quando ueniet di  
 lectus tuus/ quae tibi mens/ quae facies/ quis uultus erit: quo  
 te uertes pre pudore: que pudicitie fructus perdidisti. Quo te  
 uertes cum accedes conuertet folia tua: et solitos fructus non  
 inueniret. Pudebit illum pre confusione tua recole uerba uoti  
 uirginalis consecrationis tue/ uerba recense: Sub his foliis at  
 tende/ quia iam non est proprius fructus/ fructus integratatis  
 Tales consecrati sunt: sed iam ablati sunt: Nō bene conueniunt  
 consecratio et corruptio/ lesa uirginitas/ cōdonari solet: sed re  
 donari non ualer. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei/ sed igno  
 miniosa facta sunt in te: Cum confusione duplci/ et rubore/ de  
 cetero in plantu agnosce partem tuam. **Quis dabit capiti meo**

**G** ivi

aquam / et oculis meis fontem lachrimarum : Nam ipsa que  
lapsa est lachrimis tota per effluit / pro ora irrigua lachrimarum  
riui defluunt : alta suspiria et anxii gemitus produnt & conti  
gua semper culpa / confusio suprimit. Vidi miserandam in mi  
sera facie deiectum uultum / fractas genas / singultus / sermones  
intercidebat / a lapsu continere non ualet . Age quod agis fruc  
tus dignos penitentie. Innotet te dolor : merore consumere cum  
propheta dicit. Nolite incumbere ut consolemini amare siebo /  
flebo et ego tecum / Forte dilectus tuus : et ipse conlachrimabi  
tur tibi . Qui Lazarum fleuit forte plus ille flet : plus dolet qui  
plus diligit / miserationes eius multe sunt . Ideo inquit proph  
eta . Non sumus consumpti / Denique nec tu consumeris / quia  
consiliarius est tibi et consolator conuertens animam tuam .  
Quomodo ut dicam & intelligi uix potest non permanebit / ip  
sa dissimiliter tamen eius affectui luctus tui miserabilis facies :  
qui ipse dum retracto meroris tui seriem dolore cordis tangor  
intrinsecus / si feceris dignos penitentie fructus / reuertetur ite  
rum dilectus tuus in ortum suum . Nam penitentie poma liben  
ter comedit. Beatus tamen si primeue puritatis fructus intactos  
quis seruet. Bonum est in maturitate peruenire : et perseverare  
in ea . Ideo sponsa preuenit in maturitate et dicit : Veniet dilec  
tus meus in ortum suum / ut comedat fructum pomorum suo  
rum . Veni in ortum meum soror mea sponsa . Vehemens ama  
tor est dominus iesus / ad unam in uitationis uocem aduolat li  
bens in ortulum sponse : Quasi preuolat et preuenit in maturi  
tate. Veni inquiens / Accipiatur hoc uerbum imperatiui sensus  
apte cohibebit & dicit ueni / Non est piger / non parcus retribu  
tor . sed incontinenti sponsam reinuitat ; Veni in ortum meum  
soror mea sponsa / mesui mirram meam cum aromatibus meis .  
Durus est affectus quod non permouet in uitationes et remune  
rationes istas tam dulces . Quid hic in uicissitudine gratius ?  
Quid mirabilius est comertio ? O admirabile comertium dilec  
tus dei patris / gloria celi / angelorum delitia / ad ortulos nostros

inuitari se permittit / et ad suos reuinuitare se premittit / et qui  
noster est ortus uerius dicitur ipsius . Non ait ueniat / Veniat  
dilectus meus in ortum meum : sed in ortum suum . Iure quide  
in suum / quoniam ab ipso datum : et ipsi debitum : et certe debi  
tum . Veniat dilectus . Veni soror mea sponsa / magna dulce  
do et apta distinctio . Illa desiderat / et ille imperat . Hee dicit  
ueniat / hic dicit ueni . Ecce inquit isto ad hostium : et pulso / Si  
quis aperuerit / introibo et cenabo cum illo et ipse mecum . No  
habes necesse o bone iesu morari ad hostium sponse / ipsa enim  
te uotis ultro interpellat . redde uicem / reuinuita illam / sedisti  
ad mensam eius / Vide quanta sit opposita tibi sciens / quia et  
tanta opportet te preparare . Tanta inquam / et sufficit enim .  
Hoc autem dico / totam se impendit / tu te totum impende .  
Quomodo tantum erit / si illa se totam dat . tu te dimidias ?  
Exiguum tunm plus est toto illius / totum eius / portio est que  
dam gratie tue . Ideo et situs tuus est : et tuus : suis est ortus .  
Veni in ortum meum : Ego fratres in orto sponsi copiosum il  
lum et delicatum / et gloriose consitum / paradisum uirtutum  
christi libenter accipio / quas secundum geminam naturam uel  
ab eterno habuit . uel accepit in tempore . Ergo secundum hunc  
modum ortum sponse statum anime uel ecclesie interpretare /  
et uirtutum affectumq; dotes / quibus ditatur a sponso . In isto  
considerantur uerba corporis . in isto capitio . pulchra utrobique  
contemplationis cibatio / sed quid illa ad istam ? Quanto glo  
ria christi / uel anime / uel ecclesie precellit uirtutes / tanto de  
lectabilior in hunc ortum ingressus . Ad illum operatio plus  
spectar / Ad istum contemplatio sola . Sponsa et si letatur de il  
lo / laborat cum illo : et in sudore uescitur pomis suis . In istum  
cum introducta fuerit / nihil reliquum est nisi delitie tantum :  
Suum tuetur : et istum intuetur . Nec intromittitur in istum ni  
si de illo / hoc est de actione ad usum speculationis . Aut si con  
templationem in illum sponse ortu admittimus similis ē actōi  
Vtiq; de illis uultis / ordine cōmodo uenitur ad hanc mirram .

Non enim nisi i abūdantia uirtutum ingreditur in ortum dilecti: Ingredieris inquit Iob in abundantia sepulchrum: Melius tamen hic sonat in ortum : in sepulchro innuitur quies / et queda artis occultatio / in orto ex primitur intuitus et epulatio / in sepulchro feriamur : et in orto fruimur: Sicut ergo in sepulcrum non nisi in abundantia ingredimur sicut scriptum est / multo minus in ortum. Ideo sponsam de orto in ortum inuitat. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Ingredere ingredere sponsa in contemplationem uirtutum dilecti tui / memorare iustitie eius solius : Ibi deus deus tuus docebit te in iocunditate: et deducet te mirabiliter dextera sua : Cibabit te pomis uite et intellectus. Mirram et aromata messuit tibi . Messui inquit mirram meam cum aromatibus meis; immortalitatem enim et incorruptibilitatem messuit post mortem: Mirre siquidem beneficio corpora mortuorum perdurant illesa : Mirram inquit meam: bene suam / quam et primus accepit / et solus impetravit. Primitie. n. christus / deinde qui sunt christi / per illum resurrectio mortuum / qui primus resurgens iam non moritur : Bona talis mirra et melior quam hec usitata que carnem mortuam non sinit putrefascere : Nam ista rediuiuam non sinit deficere: Erat et mirra eius precellens / et singularis illa castitas uirginalis: que nullum titillationis motum surgentem sensit / nec somitem habuit / In quo nec motus est talis repressus / nec fomes remissus : Preuentus est enim in unctionibus mirre : et mirre sue : Aliorum eatus est efficax mirra et continentia pertingit / ut seruent a corruptione / et a corruptibilitate carnem dominicam custodit intactam : Aliorum mirra corruptionem carnalis incentiui subsequitur: Hec incentiuum preuenit omne / illorum excludit : et huius percludit : In iesu nec causa : nec corruptio in eius matre / et si causa / non tamen corruptio: In aliis omnibus et causa et corruptio / in eius matre / et si causa non tamen corruptio : Mirra nrā motus exgentes carnalis concupiscentie reprimit Mirra marie tales motus nesciuit. Mirra iesu taliter mouendi

136

nec causam nec originem habuit. de plenitudine eius omnes ac  
cepimus: et mirra et de mirra. Mirra nostra castitatis munere,  
et imitationis ipsius est. Ideo cum in nobis mirram metit suam  
metit. Vtinam in se multam mirram intueniat quam metat.  
Mirram cum aromatibus. i. abstinentiam mali / cum affectibus  
boni districtionem carnis et deuotionem cordis: siue temperanti  
am allicitis / siue tollerantiam iniuriis accipiamus / in mirra be  
ne utrisq; uirtutum aromata sociantur. Hec enim gratia si be  
ne facientes / et flagellamur / si ipsi uos metiplos affligentes eo  
spū suauiter intus afficimur. Multam de martiris Laurentii /  
cuius festa nunc agimus agro mirram demessit aromata multa  
Confectionis mirram / confectōis aromata ad ignē enim applica  
tus christū confessus est. Corpus suum tradidit ita ut arderet /  
facultates dispersit pauperibus / caro eius cremata est prop̄ cri  
stum / sed cor magis in christo. Inde de craticula uocat̄ ad ortū  
et dum in craticula erat ab orto non aberat: nunc tantum ī orto  
non tamen totus in eo. Caro eius adhuc corruptione tenet̄ non  
dum refloruit: refloredit autem cum fuerit corpus humilitatis  
nostre conforme corpori claritatis iesu. Tunc mentem immor  
talitatis mirrā quā ipse premessuit / et aromata multimode glo  
rie. Tunc uere inuitabit et dicet. Veni in ortum meum soror  
mea sponsa: tunc gloriab̄ plene cum aromatibus suis se mirrā  
messuisse. Tunc enim et passionis sue et precum / que in aroma  
tibus signan̄ / potietur affectu. Cum colore liquidē ualido: et  
lacrimis preces offerens exauditus est pro sua reuerētia / factus  
omnibus obtempantibus sibi cā salutis eterne. Volo inquit. ut  
ubi ego sum / illic sit et minister meus. Vbi nisi in orto? Erit  
hoc in generalis resurrectionis contemplatione: Nihilominus  
tamen et modo sit p contemplationem. Quasi enim in ortum e  
ius ingredimur cū affectuose condigneq; et desiderāter specula  
mur quales futuri sumus p ipsū: et q̄lis iā resurgēs scūs ē ipse  
p nobis / et ī exemplū nobis / Quid dico resurgēs / et ante resur  
rectionē oīs conuersatio eius orti pulcherrimi gratiam prefert̄  
sed qđ ante plantauit / postea messuit: In resurrectōe matitatis

et messonis est tempus / quando unusquisq; laborum suorum  
fructus percipiet : q; ergo non in ortum suum uocat . quod mir  
ram et aromata sua se mesuisse subnectit / ad contemplādam re  
surrectionis gloriam hortatur / que futura est per ipsum ī nobis  
uel que in ipso precessit pro nobis : Non ne iocundus et uere de  
lectabilis progressus introire in ortum christi : introire in plan  
tationes domini quodam prospectu de uirtute in uirtutem eius  
Prospectui inq; non audeo prouectum dicere : Nam ad uirtutū  
ipsius ueritatem et plenitudinem / quis sibi prouectum pollicē  
tur . Iocundus digressus plane et comodus quidem / Nusq; ma  
gis humane mentis fastus reprimitur humiliatione / nec fames  
contemplatione satiatur / nec fastidium excitatur emulatione :  
Comparatio humiliat ; imitatio exercet / consideratio delectat :  
Prima premit : Secunda prouocat : Tertia pascit : Premit īmen  
sitas : prouocat honestas / pascit ueritas . Deniq; paulo post ipse  
dilectus ; ipse sponsus amicos et charissimos sibi inuitat ut come  
dant et bibant et inebrientur / quoq; maior illis innascatur audi  
tas / de suo prius blanditur / et proponit conuiuio : comedи fauū  
cum melle meo . Tuum iesu bone utrung; est : et illud mel qđ  
das / et illud quod es . Sed hoc in loco mel illud quod es ipse no  
stre intelligentie se promptius offert : Cur non dicas fauum tuū  
sicut et mel tuum ? Cur hac distinctione nunc uteris . Et fauus  
tuus est sicut et mel tuum / quis manifeste illud exprimas / cum  
illud sileas / Tua est utraq; natura : sed diuina tua : et quasi natu  
raliter tua / sed magis assumpta : et dignatione tibi effecta est na  
turalis . Comedi fauum cum melle meo / Ante sacre conceptum  
uirginis quasi mel solum erat : et sine fauo nūdum incarnata di  
uinitas . Postea mel et fauo deus in homine / nunc autem fauus  
et mel / homo deitate uestitus / et si cognouimus christum secun  
dum carnem / sed iam nō cognouimus ait apostolus / sicut erat  
deus reconditus in carne / sic nunc uice uersa ipsa caro est occul  
tata in deo : et si glorificata est caro illa / ut iā spūalis sit et infir  
mitatis nil habens / tamen ē occulta quodāmō dū magis eum in  
eo q; ipse est deus attendimus et adoramus . Quodāmō carnis

137

fauis deitatis in melle reconditur: dum admirationem nostrā  
et fidem ad se traxit / et integro manifestare . reuerentia maiesta  
tis . Iam ergo post resurrectionis gloriam christus comedit fa  
uum cum melle suo / et sine carnalis infirmitatis iniuria in as  
sumpte carnis substantia: delectatione diuinā et sibi soli natiua  
perfluitur . Comedi fauum cum melle meo . Bibi uinum meum  
cum lacte meo , Iam dicis tuum esse utrūq; tam lac q; uinum  
Tua sunt enim utriusq; propria / non alterius uitia / et sicut bi  
bit uinum nouum / ita et lac nouum . Cum lacte inquit meo . i.  
cum lacte nouitatis tue / non infirmitatis nostre . Curre sponsa/  
propera ad tam dulce conuiuum : ubi uinum est sponsi . ubi lac  
ubi fauus . non inanis non uacuus . sed melle plenus . Mel inueni  
sti / comedē q; sufficit . Nam tu ad totum non sufficis . Ipse  
autem Iesus / non comedit ad mensuram / sed totum comedit  
qui sufficit ad totum : Tibi dicitur / ne sis scrutator maiestatis/  
ut non opprimaris a gloria . Ipse scrutatur omnia / et pro funda  
dei : Nemo nouit patrem nisi filius / et cui uoluerit filius reuela  
re . Ipse totum comedit : ipse cui uult et quantum uult impertit  
quasi principium tibi pollicetur huius cibi se refectum glorian  
do . Si datum fuerit in escam tuam fel / et acero in siti fucris po  
tatus : memento quia talia passus est iesus . Gustauit illa in cru  
ce non bibit . Velocem amaritudinis transitum signans : Bibit  
autem uinum cum lacte suo : Non turbatur amplius ad monu  
mentum cum Lazaro : non tristatur usq; ad mortem / Non sub  
ipsa morte aceto et felle potatur : Vetera transferunt / noua suc  
cesserunt : Turbatio illa / tristitia / tedium / dispensatorie ad ho  
ram suscepta de homine ueteri / in lactis dulcedinem demigra/  
runt . Bonum uinum quo hausto obliuioni traduntur priores an  
gustie / et non ascendunt super cor ; sed nouis et puris et lacteis  
in carne / Iam resuscitata / potatur affectibus . Quando nulla iā  
de reliquo iniuria molestia nulla / aut in anima aut in carne / si  
cut prius uel assumitur / uel substinetur : Vel acetum cum fel  
le mixtum / q; degustauit prelibans non bibens / in uini et lac  
tis transiuit saporem : Hanc et tu fidelis anima / quae sponse

dignitate pfungeris . hanc inquā et tu tibi cōmutationem futu  
ram confide : Ideo hec in se futura predicat : ut tibi tu similia  
discas sperare , tecum enim cōiuari uult / tecum bibere : Non  
bibam inqt de hoc genimine uitis / donec bibam illud nouū in  
regno meo . Hoc tibi regnum significat / cum ad ortū te uocat :  
ad ortum delitiarū / ad paradisum uoluptatis / ad fructus matu  
ros / ad fructus iā pccptos ad se / et a te p̄cipiendo . Tunc bipes  
uinū cum lacte : ut obliuiscaris prioris angustie / et noue resur  
rectionis degustes dulcedinem : Prestante domino nostro : qui  
uiuit et regnat in secula seculoꝝ Amen .

#### SERMO . XXXX .

Essui mirrā meam cum aromatibus meis . comedī fauū  
meum cū melle meo / et bibi uinū meum cū lacte meo :  
ueni in ortū meum soror mea sponsa . Putate fratres uo  
cationē hanc ad seculi finem referri : quando cōpletis oibis sa  
cramentis ecclesie / ipsa inuitatur ad regnū : quando mittet do  
minus messores angelos : eo q̄ regiones albe tūc erunt ad mes  
sem . O felicia tēpora primitiue ecclesie : q̄ uber tūc erat ager il  
lius : q̄ copiosos producebat fructus : quanta in martyribus erat  
fecūditas mirre : quot apes p̄fectioris et mistice doctrine fauē  
operantes : Putares inter ipsa initia fidei cum uerbi semina mit  
terentur / missionis iam esse tempus / et quasi maturas ad falcē  
regiones albere : Quid moraris iesu bone / cur sponsam nō inui  
tas in ortum ? Nonne iam dicere potes : quia messui mirrā me  
am cum aromatibus meis ? Comedi fauum cum melle meo : bi  
bi uinum cum lacte meo . Vbi nunc martyres in mirra ? ubi do  
ctores in fauo ? ubi feruentes in spiritu ? qui signantur in uino :  
et simplices in malo / quos lactis dulcedo figurat ? An nō ager  
ecclesie tue / iam tanta gloria nudatus uidetur ? Multiplicasti  
gentem : sed non magnificasti leritiam . Multi credentium fruc  
tus : sed aromata pauca . Precessit autumnalis ubertas : primis  
illis nascentis ecclesie diebus : nunc hiemalis horror perur  
get . Precesserunt ubertatis anni : nunc sterilitatis incum  
bunt . Post spicas florentes et letas : steriles et uredine confecte

133

exurgunt. Cur non dicis iam bone iesu: Veni in ortum meum  
soror mea sponsa: Quid expectas: cur moraris in lectis? An ut  
post hanc hiemem autumnus redeat: Letabuntur adhuc coram  
te: sicut letantur in messe. Tunc benedices corone anni benig-  
nitatis tue: et campi tui bonitate replebuntur: Pinguiscent spē  
ciosa huius nostri quod nūc uidetur deserti: et persecutionis fer-  
uor nouissime nativitatis canam albedinem messibus nostris in-  
ducet. Multiplicabūtur in senecta sufficiente: non confecta: nō  
sterili: sed in senecta uberi et bene patientes erunt: ut anuntiēt:  
patientes propter martyrium: anuntiantes propter uerbum: In  
patientibus myrram metes: in anuntiantibus comedes fauum.  
Tunc electos tuos compunctionis uino potabis: consolationis  
lacte immixto. Si enim non abreuiasset dominus dies illos:  
salua esse non posset omnis caro. Metit etiam nunc dominus:  
et si non quantam tunc myrram: tamen multam myrram afflic-  
tionis spontanea fauum comedit cū melle: et expressa spiritua-  
lium dulcedine sensuum: continentibus figuris nos facit oblec-  
tari. Vinum cum lacte babit: quia sublimes sensus et exceden-  
tes contemplationes: fidei et morum simplicitate temperat et  
indulcat. Zeli feruonem diligit: si tamen assert lactea quedam  
fomenta paruulorum. Cum fuerint expressa hec omnia: cum p  
transierint tempora martyrum: cum doctores quasi quidam fa-  
ui sapientiam continentis in misterio absconditam: misterium  
compleuerit suum: et disputationibus hereticorum pressi: mel  
leam doctrinam profuderint: Cum numeros suos et dies com-  
pleuerint: uel paruuli qui lacte fouentur: uel feruentes spiritu  
qui inebriati uino gratie: obliuiscantur que retro sunt cum con-  
sumata hec omnia fuerint: non enim transibit unus aut unū iota  
de lege donec omnia fiant: Tunc exultabit omnis ecclesia  
sanctorum a tam dulci auditu. Veni in ortū meum soror mea  
sponsa: messui myrrā meam cū aromatibus meis: comedi faūū  
cū melle meo: bibi uinū meū cū lacte meo. Messui comedī bibi  
preteriti sūt tuis hec uerba: et consumationē cōpletā significat. ac  
si dicat: cōsumatū est: Veni in ortū meum soror mea sponsa:

Messui myrram meam cum aromatibus meis / in ortum illum  
ubi propter errūpes nulla orticha līlorum gratiam contristet :  
ubi uernantem rosam asperitas spinarum non ualet : ubi arbor  
nulla est / cuius sit interdictus accessus. Veni in ortum meum  
soror mea sponsa : messui myrram cū aromatibus meis. Audite  
quia nō metit nisi quod suum est : nisi quod ipse preseminauit :  
Vere seruus ille malus et piger / qui pigricie sue causam in do-  
minū interpretatione maligna transfludit : Scio quia homo au-  
sterus es / tollens quod non posuisti / et metens ubi non semina-  
sti. Bene piger in quo dominus non inuenit quod meteret : et  
uere malus / qui diligentiam metentis domini / in duriciam per-  
uerso sensu conuertit infructuose quod acceperat seruans : et in  
iuriōse de bono domino sentiens. Non metit dominus iesus / ni-  
si quod seminauit : non metit nisi suum : qui inimicus homo fu-  
perseminat tritico suo / non metit illud : sed mittet angelos qui  
colligant zizania / et faciant fasciculos ad cōburendum : qui col-  
ligant de regno eius omnia scandala. Ergo prius regnum suum  
purgat a scandalis : agrum suum a zizaniis : et ortum suum ab  
inutili germine : ut nō nisi suum metat et colligat. Si modo ue-  
niat iesus : sonet uox angeli terribiliter intonet nouissima tuba.  
producatur iudicium : ignis in conspectu eius exardescat : aduo-  
cetur celum de sursum / et terra discernere populum suum : Si  
non he te subito preoccupent de meritis uestris quam teneritis  
sententiam : Vbi nostro essetis collandi iudicio : Inter sanctos  
eius qui congregabuntur illi : An inter eos qui congregabuntur  
in congregatiōne unius fascis in lacum : Inter zizania / an inter  
aromata : An forte etiam uestrum de uobis arbitrium hesitat :  
Quis gloriabitur in agro suo se nihil habere zizaniorū : Felix  
in quo parui quid est / et id ipsum non excultum non fotum sed  
furtiuū / et latitans in quadam aromatum ubertate : et quod sta-  
tim cum aduertit / auellit homin ab orto suo . Ve mihi domine  
ab imperfectione mea / si homo durus es : si exactor austerus : si  
tollens quod non posuisti : et metens quod non seminasti. Ve  
mihi si totū metis quod nō seminasti : sine remisiōe et pietatis

139

respectu. Nam non totum q̄ uinee seminasti excreuit : Vt inā  
mirre mee acceptum digneris habere fasciculum ut in medio u  
berum tuorum cōmoretur . Vt inā aromatum eorum uapor e  
xiguus / et ad modicum parens ad te abscendat : Nam quando  
tibi offeram integrum fauum mellis ? Quando tibi offeram me  
ditationem assiduam in lege tua . quando purā et plenam intel  
ligentiā spiritualium sacramentorū ? quando sapientiā melliā:  
quam Paulus loquitur inter perfectos : Nā sicut celulis ita pu  
rissimis figuraꝝ sacramentis celestis sapientia continetur : Vt  
mutua collocatione sacramenti ueritas figurata comedet : et nō  
parum gratie trahat ipsa ueritas / talibus quasi cellis expressa :  
quando tibi inquodam cordis mei craterē uini et lactis / iam po  
tero temperaturam miscere ? Rara est mixtura hec / que mente  
excedit deo / sobrius esse dicat / ut alta sciens consentiat humili  
bus . Paruulus fiat qui puriori inebriatur intell. ctu . Quantus  
fauis / q̄ ingens / q̄ uber / ad celeste his diebus est translatum cō  
uiuuum : dominum claraualensem abatem / cuius nobis dum lo  
cum istum tractamus nuntiatus est transitus . V idetur mihi in  
illo dum sublatus est ortus noster esse nudatus : et grādem agri  
cule deo resignasse fasciculum mirre . Nullus talis inaluearibus  
nostris relictus est fauis . Vtrumq; in illo cernere erat / et mel  
lis fauum / et mirre fasciculum cum aromatis bonis / Quis il  
lo uel uita purior / uel doctrina prudentior ? quis magis illo uel  
egrotus in carne uel alacer in spiritu ? Sermo eius quasi cereus /  
melleam effundebat scientiam . Carne languidus magis tamen  
iatus in spiritu celestium amore languebat : Mirrata carne men  
tem aromaticam crematione inuia / indecessi amoris odoriferū  
incensum lassabat / corpore desicato et arido . Anima enim sicut  
adipe et pinguedine replebatur : Ideo labiis exultationis lauda  
uit dominum semper os eius fauis distillans ipsius . Nā totus  
conuersus in labia modesto uultu : et totius corporis habitu trā  
quillo serenos animi prodebat affectus . Sensu prospicuus erat  
sermone non preceps . Modeste rogabat / reddebat modestius /  
molestos substinens / molestus nulli acute intelligens / morose

H.i

referens / equanimiter ferens . Memini frequenter illum / cum acceptum de assidentibus aliquis interrupisset sermonem / importune uerba suspendisse . donec aliter totum effudisset spūm suum / et cum in opertum sermonis impetuosis definxisset gurges / eademq; substituerat tranquilitate suspensum uerbum resumpsit / oportune loquens : et oportune silens . V elo ad audiendum : ad loquendum tardus : sed tardus ad iram . Quomodo ad irā dicendus est tardus ad quam magis inuentus est ut sic dicam nullus . Bene fauus / quia siceris undiq; compositus et consitus cellis / modi actu sermone et gustu / interne putabatur dulcedinis mella sudare , Felix in quo iesus integrum fauum quē comedat inuenit / crassum non exsiccatum . Vide naturam faui quasi galea in capite est / propter formam uasculi cui innascitur Deinde de superioribus pendet / et de superioribus prodit . Bōa secundum Paulum galea spe salutis eterne . A spe quidem superior omnium actuum caput : et totius intentio uite incohare debet et illi coherere . Ad hanc tendere et hac se contra omnia tētamenta tueri . Si uideris hominem propter spem supernorū in omni actu etiam aduerso casu repleri gaudio spiritus qui super mel dulcis est . Quid hunc nisi fauum credideris inconctis celulis melle redundantē . Quid eum hominem cernis capacē sensu conuersatione compositum actuū et uite equabili cōmensuratōe coherentē sibi . Talibus undiq; uasculis assertum uacuus tamen et spei que est reposita in celis melleo exhaustus liquore . Nunquid aliud tibi q; faui arentis siccitatem depingit . Duplicatum quidem incomodū si simul fuerit et dissipatus dissolutōe quādam desiccatus . Aliud tamen est si seruat spēm ut mentiat uitutem . Aliud si integratatis formam / et infundende fauore spe bona gratie refert : Ut dono spūalis dulcedinis receptacula acta non desint / et idonee celule melli supno . Noster aut̄ hic fauus de quo loquimur integer erat : et in eterno liquore exuberans . Plenus erat cellularum / hac illacq; distillabat dulcedinē sermonis diuini assiduus operator / fauos componebat : Boni faui qui bus adhuc integris multorum quotidie indulcantur fauces .

Molestam non sectabatur subtilitatem que plus contentionis /  
 q̄ instructionis ministrat materiam . Circa moralem operosus  
 sc̄iētiam / cultissimis illā uerborum cellis comittebat . Prudens  
 erat eloquii mystici q̄ inter perfectos dispensabat lactea insalu-  
 tem et consolationem paruorum exuberabat doctrina / cui ta-  
 men letificantis et inebriantis sermonis uinum sepe latenter im-  
 miscuit . Ita est lac ipsius uini obtinebat uirtutem simplex eius  
 institutio / et sermo lacteus animum auditoris in quendam in e-  
 briantem alienate mentis excessum furtis arripere consuevit .

Vnde qui potabatur iure dicere poterat quia bibi uinum cum  
 lacte imo in lacte / nouerat ista temperate miscere / et in altero u-  
 trunq; largiri / facili ad edificādum utebatur materia / sed uebe-  
 mentiam inebriantis gratie sentires in uerib;. Facilis inerat in-  
 tellectus sed affectio uehemens : Dolendum quidem quod tāti  
 uiri subtracta est nobis copia / sed nihilominus gloriandum q̄ ta-  
 lem de ortulis nostris fasciculum mirre ad celestem illum ortū  
 premissimus . Illic ornementum est / qui nobis hic fuerat adiu-  
 mentum . Et si uacuata uidentur aluearia nostra : et ortus nuda-  
 tus / multos tamen reliquit manipulos / de quibus potens est de-  
 us per uirtutum incrementa creare fasciculos / q̄ et in tota ope-  
 ratur ecclesia / donec per successiones continuas om̄ium gradu-  
 um dispensatione completa spouse sue iam perfecte et consuma-  
 te dicat . Veni in ortum meum soror mea sponsa : Messui mir-  
 ram cum aromatibus meis / comedi fauum cum mello meo . Bi-  
 bi uinum cū lacte meo . Comedite amici et bibite / et inebriami-  
 ni carissimi . q̄ quidem et si in generali illa ecclesie introductio-  
 ne in domini gaudium , que post resurrectionem fieri perfectis  
 sime speratur . Quotidie tamen angelicos ciues ad congratula-  
 tionis conuiuium inuitari credimus . Cum sancta quelibet  
 anima / siue qualem supra meminimus / siue inferioris perfectio-  
 nis et gratie in paradisi amenitatem transffertur / in ortos super-  
 uirentes in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei .  
 Hec recolite fratres hec recordamini et effundite in uobis aias  
 uestras . Ignita est hec recordatio / et liquescere faciet animā tuā

et in delectationes et desideria effundi / quem tu subis in locū  
tabernaculi admirabilis in uoce exultationis : et confessionis so-  
nus epulantis : et domini inuitantis . Inuitantis est enim uox: co-  
medite amici et bibite et inebriamini charissimi : Amici inquit  
et charissimi / Blanditarum hec sunt nomina / sed he blanditie  
adulatione non sapiunt officii et dilectionis sunt plene : ipsa ad  
non blandimenta prolata / inebriandi non carent affectu . Effica-  
cia sunt ad emulcendos eorum quibus fiunt affectus : Habet ta-  
men inter se distinctionem et aliquid amplius gratie proficit ca-  
rissimi / q̄ amici uocabulum . Vos inquit apostolis dominus /  
amici mei estis si feceritis que precipio uobis . Iam non inquit  
dicam uos seruos sed amicos meos . quia omnia quecunq; audi-  
ui a patre meo nota feci uobis . Videte et hic quandam distanti-  
am / illuc dicuntur amici et hic / sed differenter . Ibi quia faciūt .  
hic quia sciunt . Ibi non propter ministrationem : sed propter mi-  
sterium . ibi comedunt : et hic bibunt . Vtriq; amici non dum ta-  
men charissimi . Charissimis in potationem cedit ebrietas . ipsa  
nominis sui forma super abundantiam quandam latenter insinu-  
at : et significat plenitudinem qualitatis . Charissimus est / qui  
charitate plenissimus est . Charissimus est qui charitate ifusus  
et imbutus est / cuius medulle et ossa et omnia interiora charita-  
tis liquore rigantur . Nec quia charissimus est inebriatur / et si  
inde charissimus est quia inebriatur . Deniq; quid aliud est in-  
ebriari nisi charitatis perfectissime delectatione rep'eri . Aut for-  
te si distinguere ualemus ut sint charissimi plenissime diligen-  
tes inebriati perfectissimi delectati . Comedite amici et bibite et  
inebriamini carissimi . Amici sunt qui uel agunt uel audiunt /  
charissimi qui adherent . Amici agunt pro eo / et audiunt ab eo /  
charissimi inebriantur eo : Amici sunt / quia quibus nota fecit /  
que audiuit a patre . Charissimi quibus plenā ipsius patris insu-  
dit notitiam . Ibi multa docentur / hic diligitur merum . in cha-  
rissimis non est operum uel doctrine distensio sed diffusio sola  
et summa amoris diuini uoluptate . Comedite amici . iam non di-  
citur . Edent pauperes et saturabuntur : Sed comedite amici ; et

141

inebriamini. Quomodo pauperes inebriantur ab ubertate  
domus domini. Commedite amici bibite et inebriamini cha-  
rissimi: Amici uos charissimi mihi: amici propter delecta-  
tionem spiritualem: charissimi propter sponsalem. Inebria-  
mini charissimi. Introduxi uos in cellam uinariam ut ordina-  
rem in uobis charitatem: Nec est charitas ordinata nisi cū mēs  
nostra fuerit uehementia charitatis inebriata: Non est ordinata  
nisi cum omnibus aliis fuerit affectibus superordinata. Bonus  
ordo supereminentia amoris: supereminens amor carissimos ef-  
ficit: Carissimi sunt in quibus nihil est uel charitate uacuum /  
uel alii negocio uacans. Ordo plenus est cum de caris in carissi-  
morum gradus transitur. Ordo plenus est charitatis cumulo /  
nihil addici potest: Comedite amici bibite: et inebriamini caris-  
simi: Omnes potant et omnes inebriantur: Non sic autem i hac  
conualle lachrimarum / non sic: sed multi amici / pauci charissi-  
mi / multi potantur / non inebriantur omnes: Et qui inebriantur  
iterum temperantes fiunt: Ad horam mente excedunt / et ad so-  
brietatem solitam denuo redeunt. Soporantur et excitantur /  
uinolenti fiunt: et post paululum iterum uigilant. Ideo sequit.  
Ego dormio: et cor meum uigilat; He tamen uigilie non uidē-  
tur dormitioni succedere / sed ipsam cōmitari prestet nouis do-  
minus iesus: qui super hec sunt dicenda uigilanter intelligere:  
et uobis audire. Qui uiuit et regnat:

### SERMO XLI

**E**go dormio et cor meum uigilat: Post hesternum capi-  
tulum / qua rationis consequentia / talis responsonis  
sermo infertur: Tunc erat generalis imitatio / hec est  
mensio quasi singularis: Ibi plures inuitantur: hic unus respon-  
det: Ibi dicitur inebriamini carissimi. Hic que carissima est /  
que sponsa est dormire se refert. Ego dormio . Quid mirum si  
ad omnem initationem responsum redditur singulare? Multi  
carissimi: sed omnium est cor unum et anima una . Vna est in  
H iii

quit columba mea. Amor unit et amor inebriat: Vides q̄ iuste  
fit omnium unita responsio/ quos in ecclesia charitatis uehemēs  
liquor infundit? mere uehemens uirtus amoris inebrians et ab  
alienans. Vultis audire quomodo caritas ab alienat animum:  
quam inebriet. Ego inquit dormio/ ac si dicat dilecto. Tu me  
ad ebrietatem uocas/ et ego tota huic muneri uaco. Ego dormi  
o et cor meum uigilat: Ab aliis dormio et quiesco negotiis/  
Ideo cor meum liberius uigilat ad sectandam hac ebrietatem et  
uinum potandum. Ordo mirabilis/ De ebrietate dormitio/ et  
de dormitione uigilie. Ille dicit inebriamini: Et illa dicit: ego  
dormio. Bonus sopor mentis excessus et alienatio ab effectibus  
carnis. Et si id etiam dicitur a sensibus corporis: Tunc magis ui  
get et inuigilat amor spiritualis cum consopitur/ penitus omnis  
passio et affectus animalis et dormitio et inebriatio utraq; alie  
nationis uicem prefert. Et quidam in hoc ipso ad inuicem tenet  
commūe; q̄ mentem tam q̄ illa sibi arripit/ et penes se ma  
nere non sinit. Ut traq; statum pristinum ipsi anime ut sic dicā  
furatur: et nouo informat affectus: Ego dormio et cor meum  
uigilat: Dormiunt alii somnum suum: et delectatio eorum in  
propria uoluntate quiescit: A talibus ego dormio: et uigilentur  
tibi. Ab increpatione tua domine dormiunt alii: ego ab icrapu  
latione. Dura hec increpatio satis quādo dissimulando se homi  
nem pmittis desidie: sic ē magis increpatio satis quādo dissimu  
lādo se hoīem pmittis desidie/ sic ē magna icrepatio defectōis  
signū. Ab hac icrepatione dormit qui ex dissimulatione diuina  
sonolenti securitati se trahens dissimulantis patientiam non at  
tendit parturire impenitentis repulsam patientis. Longanimi  
tas et interim non percutientis uim habet/ et eadem dominit tol  
erantia que honestas facit sollicitas/ duras ipsa redit securas.  
Ego inquit dormio et cor meum uigilat. Dormio non increpa  
ta: Sed in crapulata a uino/ ad quos uocas charissimos tibi. Cra  
pula ebrietatis tue mundo me tollit/ et tibi tradit/ soporat et ex  
citat/ secularium obliuisci me facit: et tui non sunt: Ego dor

mio: dormi mecum: Iuxta illud q̄ ipse in Salomone diffinis,  
 Si dormierint duo simul souebuntur mutuo. sic fiet ut ex dilec  
 ti presentia ob uehementiam amoris cor meum uigilet ampli  
 us. Cor meum uigilat. Ego dormio / dormio propter amici re  
 quiem / propter raptum inuigilo. In somno dulci quietis mee  
 sollicitudo uigilantis / te uigilantius somnias: Dulcis somnus :  
 et dulce somnium nescire alia / solum te scire. Vacare tibi et te  
 uidere sicut hic datur per somnum / ut sic dicam: et umbrā et e  
 nigma. Bona crapula copia uacationis et uisionis istius. Visio  
 ista habet aliquid somno simile / eo q̄ non humano arbitrio : et  
 industria fiat non ex inuestigatione nostra : sed ex uisitatione o  
 rientis ab alto. Paulus quasi dormit cum mundo moritur / qua  
 si uigilat cum uiuit christo. Dormiant utinā fratres amica mea  
 dormitione ista / et fiant uigilie mee talium similes. Utinam  
 iuges sint: non interpellentur. Nunc autē uersa uice ego uigilo  
 cor meum dormit : dormit spiritus : caro uigilat : et si caro dor  
 mit non tamen statim spiritus uigilat. Indulget animo requies  
 non dum tamen ab illa gloria ebrietate sorbetur et rapitur .  
 Dormit testamentis nō dū tamē excitat illis inebriantibus bla  
 dimentis : et q̄uis frequenter gustentur redditua tamen nouitate  
 animam quam inebriant excitant. Iure uigiles dicti sunt / qui  
 nunq̄ uinum illud inebrians digerunt: qui semper madent eter  
 ne delectationi ubertate. Tales in Danielis libro uigiles legis .  
 Bene uigiles in quibus nihil est q̄ soporatione indigeat / sed to  
 tum inuigilat deo / Bene uigiles / q̄ orum non interpellantur ui  
 gilie. Nullus in eis animalis affectus sentitur / quem deceat cō  
 sopiri : ut expeditiores sint cordis uigilie. Sunt quedam uigilie  
 sollicitudinum / replete molestia / de quibus Petrus . Sobrii esto  
 te et uigilate / quia aduersarius uester diabolus tanquā leo rugi  
 es circuit querēs quē trāsuoret. Et uigilate / state in fide. Sedet  
 ille / nihilominus sollicitudine non carent / quibus ecclesie ue  
 xantur doctores: sicut euangelici illi pastores uigilantes : et cu  
 stodientes uigilias noctis super gregem suum . Vigilie iste

H iiiij

quedam torquentur molestia ob imminentis mali cautelam.  
Vigilie sponse dormientis non continent mali cautionem; sed  
copiam boni; et occupat enim menti uehemens amor audi-  
tis inexplote uigilias indicit. Vigilie quedam sunt uel deside-  
rium aptate presentie; uel delectatio in incep-  
te. Vigilie bone  
uigens et non somnolenta devotione; siue in concupiscentia dilec-  
ti presentis; siue in concupiscentia absentis. Hec nec uigilat;  
nec uiget; nisi in quiete; et quantum a seculi; uel studia; uel de-  
sideria consopita mente ideo dicit. Ego dormio et cor meum  
uigilat; Et in lob legitur; q[uod] in uisione nocturna cum sopor ir-  
ruit super homines et dormiunt in lecto. Tunc aperit deus au-  
res; tunc loquitur; tunc pulsat; ideo hic sequitur. Vox dilecti  
pulsantis: Aperi mihi / lute uigilat nesciens qua hora uenit di-  
lectus eius; quasi continue sunt uigilie sponse; et uox dilecti.  
Cor inquit meum uigilat; et statim adiecit: Vox dilecti pulsat.  
Aperi mihi / cor meum uigilat; et dilectus meus non dor-  
mit. Vox eius pulsat et dicit: Aperi mihi / cor meum uigi-  
lat; et ipse statim aduolat; et auditur uox eius. Vox inquit di-  
lecti. Hec mihi uox/uota est hec mihi grata / ad alias obsurde  
desco/ uoces ad hanc exergefacta sum; statim insonuit in au-  
ribus meis/exultans pre gaudio. Multe uoces obstrepare soler-  
et falsas insusurare blanditias: Sed non sicut uox dilecti. Ma-  
gna fratres prudentia sponse; et discretione spirituum pollens  
que sic distinguere nouit inter uerutias demonum; et blanditias  
ueras dilecti. Vox inquit dilecti pulsantis. Que talis uox qua-  
lis iesu. Nunquid philosophorum? Nunquid hereticorum?  
Num legis? Num prophetarum? Valida uox eius est: stulta  
fecit huius mundi sapientiam. Lex et prophete / neminem ad  
perfectum adduxerunt. Vox iesu consumationis summa com-  
pleteatur. Vox eius consumationis precepta continet; uox eius  
mouet affectus: Vox inquit pulsantis: Pulsat enim et penetrat  
efficax ad instar ancipitis gladii / leuiter illabitur; et blande per-  
suadet / q[uod] nulla potuit alia doctrina obtinere: Non altus sermo

sed alta mysteria humilitatem conscientie / mortum contempnā  
tiam / obtemperantiam obedientie / carnis munditiam / contēp  
tum mundi / concupiscentiam eternorum / diuinitatis notitiam  
que nunq̄ disputatio / que districtio tanta aut sermone tradidit  
aut inspirando persuasit / Resurgendi gratiam impassibilitatē:  
resurgentium eternitatem uite / maiestatis reuelationem: Hac  
docente spirare didicimus et suspirare. Notus in iudea deus ī is  
rael magnum nomen eius: Nunquid tantum? Nunquid tā ex  
pressum? Nunquid tam impressum? Nunquid tam sparsum?  
In israel magnū nomen eius: sed non eatenus magnum: uel eui  
denti doctrina / uel uehementi deuotione / uel numerosa populo  
sitate credentium. Olim loquens deus patribus in prophetis: no  
uissime diebus istis locutus est nobis in filio: Ideo vox uali  
da: vox uirtutis: vox dilecti: sed iudeorum conualescere ne  
quiuit in auribus. Audiuit gentilitas / et confessa est / et non  
negauit dicens. Vox dilecti pulsantis / utrumque agnosco es  
se dilecti uocem / et pulsum uerbum: et uirtutem. Utroq; mi  
hi gratus dilectus meus / utroq; me demulce: et mouet uoce:  
et pulsu: et ut sic dicam cantico et psalmo. Bene pulsat et qua  
si timpanizat qui uerbi et operis concordem mouet symphoni  
am. Timpanum puta iesum / accede / range discute pulsata mores  
opera uerba uitam. Omnes mee corde extēte et sonore sunt tac  
te melodiam dulcem resuscitauit. Iesus ipse pulsat se ipsum.  
Nemo inquit colit animam suam: sed ego pono eam. Vide  
quid tibi sonet ista / positio sumptio et utriusque potestas.  
Quid ipsa pulsandi causa. Non ne et ipsa maxime ad cor no  
strum pulsat et excitat / Ut nos uelut cithara quedam effecti /  
sic sonanti consonare nitamur. Vox dilecti pulsantis. Be  
ne dilecti inquit / quasi ex dilectione sola: et gratia loquen  
tis: et pulsantis / Aperi mihi quia caput meum plenum est  
rōre: et cincini mei guttis noctium. Refrigescet in iudea  
charitas / iam transmigratio fit iuxta ad gentes. Illi missum  
est uerbum salutis / sed repulit illud / indignam se iudicans

eterne uite/exclusus sum ab ea/tu aperi mihi quia caput meū  
plenum est rore et cincini mei guttis noctium . Caput christi de  
us . De deo patre gloriantur iudei / eius se iactant habere notiti  
am / filium reprobant et blasphemant / tu aperi mihi . Caput me  
um plenum est rore / non tales desiderat / non sicut / magis fa  
stidit : ideo plenum est . Plenum est rore eo q̄ sensu leues sint  
rationis carentes pondere / non habentes aliquid in assertione  
momentum . Ratione leues / obstinatione graues : quasi ros : et  
gutte inefficaces et pertinaces : et cincini mei guttis noctium /  
figuris adheserunt / scientes litteraturam / nescientes sensum spi  
ritualem de unius scientia dei / de figurali legis obseruatione  
iudei gloriantur / misterium deficientes trinitatis : et prefigura  
tionis ueritatem / de superfluis et emortuis signis se iactant :  
molesti sunt mihi discipulos meos premunt uelut quoddam ca  
pitis mei ornamentum et decus : ideo fugio / aperi mihi . Qui  
dam heretici christi diuinitatem ad quam nec fide uolunt / nec  
ratione possunt attigere : Conantur extinguere subtilia consona  
litterarum testimonia : et que diuina nituntur auctoritate / qua  
si quosdam cīcinos capitis non coherentibus disputationum su  
arum angustiis : et uelut quibusdam adroris instar minutis infi  
ciunt / corruptunt / opprimunt . Hi quoq; notitiam dei presu  
mentes : et spiritualium subtilitatem sensum quasi in ipso dei  
capite et capillis superbe locatis rori conserunt et guttis noctiū  
ut intelligas eos minutos / gelidos / fluidos / et non coherentes  
sibi . Sed et siquidem uideris sanam quasi caput ipsum tenere si  
dem . superficietenus communicare subtili uigere sensu / geli  
da tamen est propter malam conscientiam : et propter hypocri  
sim obscura : et propter uelocem transitum fluida . Gaudium e  
nim hypocrite ad istar puncti hunc talē iesus foris eē iudicat op  
rimentem et quasi grauem sibi refugit . huiusmodi non tā am  
bulant quam uolitant in magnis et mirabilibus super se super  
ba elatione / pendulo / uagi in aere ambitiosa quidem negocia  
tione per ambulant in tenebris de religione lucrum uenantes /

A 44

uenantes spiritualem se simulantes habere doctrinam / Studi  
um ad instar roris eloquium / incerta et occulta / et quasi noctur  
na nosse mysteria sapientie dei / sanctitatis tenere caput : et cul  
men : et in ipso christi habere uertice / eminenti magisquam in  
trandis studium gerunt . Istos moleste ferens et fugitans iesus  
dicit . Aperi mihi soror mea que intus es : quae uagaris foris /  
que non in sublimibus uolitas / que non uis tam eminere foris /  
q̄ intus tenere / aperi mihi . Aperi mihi non queris nisi me / tota  
es mea / tota mea : et multiplici iure mea . Quare multiplici &  
Audi q̄ multiplici soror mea proxima mea / quia de latere cum  
in cruce dormitet / de secundo Adam Eua noua creata / Ut non  
iam sint duo / sed una caro . Ibi est cognitio naturalis / hic et con  
functio personalis / ibi soror / hic sponsa columba mea : sed spiri  
tus gratiam . Immaculata per remissionem et disciplinam / In  
carne soror / in sacramentis sponsa / in spiritu simplex / immacu  
lata in sanctitate ; in his omnibus mea aperi mihi . Age quod a  
gis / aperi mihi / tibi intus sum . Sed aperi mihi in illis in quibus  
adhuc foris cōmoror . Aperi illis inuita introduci locum taber  
naculi admirabilis . Pulsa ut aperiatur tibi hostium magnum :  
et euident sicut Paulus dicit ut pateat introitus / persuasib⁹ suis ad effectus eorum . Penetra ad illos / ut ad te post introdu  
cas . Exi ad illos ut intrent ad te qui foris congelato frigescunt  
affectu . Exitus tui damna aliorum introductione redime .  
Quid dicis : Exi me tunica mea / quomodo induar illa ? Quid  
dicis : Laii pedes meos quomodo inquinabo illos . Exuisti te  
tunica tua / tunica carnalis cure / tunica certe molesta : et forte  
polluta . Tunica tua exuisti / mea induere . Zelus domus mee  
comedit te . Ideo iuxta Isaiam induere pallio zeli . Iuste argue /  
predica / obsecra oportune importune . Non est pedes polluere  
hac incedere uia . Siquis adhesit puluis excuties illum de pe  
dibus tuis / non pollutos / sed pulchros comedat ysaias pedes /  
cum dicit . Quam pulchri supra montes pedes annuntiantium  
pacem / annuntiantium bona / ne cuncteris operi meo exempla

te moueant / tangat manus / si pigritatis ad uerbum . zelotes ego sum : Tu quoque pro me zelare . Ocum se pone paululum me is implicare negociis . Omnis militans deo / istis cum iubetur / se implicit oportet negociis . Cum diues essem pro omnibus pauper factus sum : Equalis deo exinanui me ipsum ministran di formam accipiens : Pro omnibus mortuus sum / ut qui uiuūt iam sibi non uiuant sed mihi . Attendat talis in dilecto sponsa : et his motis exemplis ad emulandum sic ait / manum suam dilectus misit per foramen / ad tactum eius intremuit uenter me us / per artum paupertatis persecutionis et mortis foramen ope rum suorum ad me intromisit exempla : Hec me tangunt : hec me mouent : Nam tremor uentriss audi deniq; motionis effec tum : Sequitur enim Surrexi ut aperirem dilecto : Audite et intelligite qui pre propere satis et proterue nimis ad ecclesie pro peratis honores . Sponsam ad quam cantici huius blandimenta cantantur . Morose et concitanter accedit / etiam postq; se sorore proximam columbam immaculatam audiuit uocari . Contempla re si hec in te sint / et si sint uerere ne perdas : Si non sunt magis uerere ne non accipias . Attende post / quot et invitationes et commendationes sic dicit . Surrexi ut aperirem dilecto : et tibi u num sit surgere ante q; uoceris : qui delectationis illius sancte pa nem manducas : et bibis uinum de quo supra dicitur : Comedite amici bibite et inebriamini carissimi . Vanum imo uerendum sit tibi nisi cum inuitata sis surgere cum dormis / somnum dul cem donec dilectus aperiatur : Aperi mihi non auaricie non inqui etudinis / non elationis uox moueat animum / no demulceat bla dimento fallaci . Iste tibi ignote sint uoces / non tibi iste opus bo num suadent . Sed ante dilecti tui uocem assurge .

### SERMO . XLII

**N**odie uobis fratres de apertione hostii diserturi sumus . Nam hesternus sermo de operatiōe que uelut quedā ad aptiōne est uia ultimū tractatus nostri digessit articulū

145

Bona plane operatio / quae immortalitatis specie / et speciem  
semper prefert que non seminat in carne ut corruptionem inde  
metat. Vtinam de ueritate ego dicere possim / quia mirra inma  
nibus meis semper . Siquis inquit iesus fecerit uoluntatem patris  
mei cognoscet de doctrina mea. Ecce qualiter pietatis actus aditum  
referat ueritatis . Boni certe actus / qui et quadam temperantia  
et moderatione discreti sunt : et unctionis deuotione repleti / iu  
re manibus unguentariis aperitur cristo / qui de unctione nomine  
acepit. Et forsitan nisi per unctum hostium ingredi nescit. Ide  
o in templo de lignis oliuarum hostiola facta sunt : per que sac  
ta sanctorum aditus pateret: huiusmodi enim et eius ligni mate  
ria unguentarii est ministra liquoris / hostiola dicta sunt / et oli  
uarum arctus introitus / sed pinguedine gratie sine difficultate  
illaberis / ubi subtilis est intelligentia / et secretum misterium :  
non laboriosus patebit ingressus / si deuotionis et charitatis oleo  
quasi hostio uolueris uti : Et puto quod conueniens est de templo  
testimonium prolatum. Templum enim dei sanctum est / quod e  
stis uos. Habe ergo in templo tuo hostia per que summus ponti  
fex solus ingrediatur in intimum cordis tui recessum . Claude  
hostium / Obde pesulum / nisi quando dilectus tuus ingredi  
uiolet . Si hostium non est passus / patebit ingressus omni tran  
seanti : Si hostium clausum est / pesulum non obseratum fa  
cili cedet et patebit impulsu / clausuram non habens firmio  
rem / habe utrumque hostium circumstantie et pesulum constan  
tie. Prospice circumstanter / resiste constanter . obliuio et igno  
rantia / non surripiat / improbitas non irrumpat / et si ita manus  
distinguere sollicitam premeditationem reputa hostium oratio  
nem quasi pesulum . Tali firmatum repagulo hostili non pate  
bit impulsu hostium tuum . Confortauit inquit psalmus Seras  
portarum tuarum . Non ne in seris et portis uelut hostium et  
pesulum tibi uideris audire: Vtrumque necessarium est . Sed  
contra insidias inimici / Vbi uocem et pulsum audis dilecti /  
Vbi manus eius subtilem : et per foramen sentis attractum :  
Aufer pesulum / Hostium aperi / Cuncta cedent obstacula /

Si fieri potest / medium parietem totum aufer / ut libere se tibi  
dilectus tuus infundat . Sollicitudo aduersus tentamenta demo-  
num in securitatem uertatur : de presentia sponsi / cautelam ho-  
stem repellendi / in perfruendi dilecti copiam uerte . Hostium  
aperuisse se nouit qui dixit / Paratum cor meum deus / paratu-  
cor meum . Quomodo hostio eget iesus qui in euangelio ait . E-  
go sum hostium : Miranda ratio hostium est et pulsat ad hostium  
Intrare uult per que quisquis introierit saluabitur : et pascua iue-  
niet . Magna est hostiorum distantia : est enim hostium quodā  
in argumentis nature in sacramentis ecclesie est hostium / in ex-  
perimentis gratie . In primo illo hostio naturalis rationis ductu  
innotescit / nobis per opera operans sapientia et ad aliquod ue-  
ritatis intromittimur / diuinitatis colligimus notitiam / non ta-  
men personalem in deitate distantiq . In hoc hostio non distin-  
guitur persona nec confertur gratia . Ideo non debet esse assidu-  
us / non nimius ad hoc hostium pulsator . Persecundum in eoq  
salutaribus initiamur sacramentis ad ecclesie unitatem itramus  
ad cōmunionem sanctorum . In hoc secundo hostio / sic quidam  
intus sunt ut tamen quasi foris sint : donec ad tertium accedant ;  
q familiarem interpretamur accessum per charitatis affectum  
in copiam quandam contemplatione dilecti . Hostium h . c tam  
secretum / tam intimum non omnibus patet : sed soli sponse pre-  
bet accessum . in Ezechiele multorum hostiorum distantias legis  
quas non longum est persequi . Veruntamen parum quidem in-  
teresse reproto / tu ne ad illum ingrediaris / an ad te ipse nisi q  
tunc uideris ingredi ad ipsum : Cum tu quasi peruenis et prior  
rogas . ipse uero ad te cum ipse te preuenit / pulsat affectum / im-  
prouisus illabitur : et nil tale meditantem inspirate dulcedinis  
mouet attactu / quando pulsat hoc modo ad hostium tuum noli  
morari / surge festina / ne forte declinat / nā et in hoc loco sic ha-  
bes : Pesulū hostii mei apui dilecto : et ipē declinauerat et p̄trasi  
erat : Cur abis iesu bone ? cur declinas ? cur defraudas dilectam a-  
desiderio suo ? Tu desiderium inducis / Tu delectationem sub-  
ducis / an forte hoc modo in maiorem auditatem : et ardentius

146

desiderium concupiscentiam protrahis dum copiam subtrahis:  
Ita est: Plane ita est. Iste amoris fallacie ipsum amorem magis  
inflammat ad eius cumulum proficiunt dum sic decipiunt. Ille  
dominice resurrectionis aparitiones quam breues erant. q̄ subi  
te/q̄ succise/quibusdam uix iam agnitus est et statim elapsus  
est. Non se patitur ab aliquibus tangi/aliis clausis illabitur ia  
nuis. Hostii apertione non indigens. Illud enim hostium ma  
xime illi aperitur/q̄ aliis omnibus negotiis clauditur. Cū pu  
tatur teneri quasi furatur/presentiam gratam furtim accedens:  
et furtim recedens. Gaudium enim contemplatis ad instar est  
puncti. Velociter recedit et excellenter transcendit omnem hu  
mane capacitatis uirtutem. Quo ipsa uadit non possumus eq̄s  
eam in hac carne passibus sequi. Dixi inquit. Sapiens siā/et ipā  
longe recessit a me/multo longius q̄ antea erat. Perceptio eius  
melius q̄ priuatio docet. quā sit transcendens eius maiestas eo  
ipso quo uehementior est/uelocius transit. Ipse inquit declinaue  
rat atq̄ transierat. Ideo ne iesu bone declinasti ad sponsam ut tā  
cito declinares ab ea. Ipse inquit declinauerat atq̄ transierat.  
Transierat me/transierat uires meas/pertransiit me. Ideo qua  
si ferre et subsistere non ualentem transit me: Gladius est uerbū  
dei/gladius est iesus/animam sine mora/et difficultate pertrā  
fiuit/non subsistens:dū eius uehemētiā liquefacta mens sustiere  
non ualeat. siāmeus hic gladius est/ Ideo sicut cera fluit a facie  
ignis/sic aīa succēsa ē a facie eius: Aīa iqt mea liquefā ē ut di  
lectus locutus ē Videtis q̄ liter ad ignitū eloqū liquefecit aīa/  
Pefulū hostii mei apui dilecto:et ipse declinauerat:et pertransi  
erat: Ita in manifestatione dominice resurrectionis que facta est  
duobus illis euntibus in emaus / et aperti sunt oculi eorum ad  
cognoscendum iesum. Sub ipsa apertioris hora euanuit ab ocu  
lis eorum ut ipsi fatentur/ Ardens erat in ipsis in conlocatio  
ne liquefactum est in illa uisione uehementi / soliditatem et  
constantiam non obtainens. Quid enim est iesum non euanuisse/  
nisi illos in gloria apparitionis subsistere non ualuisse.  
Declinat dilectam ut flumen pacis/ sed ut glorie / torrens per

transiit sicut torrens igneus liquefcere faciens aiam quam mun  
dat / quam inficit / quam transiit. Quam dulcis hora q̄ diu anima  
huic igneo torrenti liquefacta miscetur / q̄ subtilis est i illo mo  
mento / q̄ extenuata / q̄ mobilis. Nihil tunc temporis habet du  
ritie / reliquum nihil rigor / tantummodo calens et liquens .  
Cognata sunt sibi inuicem liquidum et calidum / in his duobus  
contemplationis usus consistit / q̄ liquidum est calorem p̄cep  
tius concipit / et conceptus calor uice uersa q̄ liquidum reperit  
liquidius redit / q̄ dico calidum et liquidum : hoc est si aliis di  
catur nominibus succensum et sincerum / calidum eo q̄ amat /  
sincerum et liquidum est : Quia quandam amanti in se speciem  
representat. Calidum quia ardet / liquidum quia uidet / calidū  
quia inflātatur. liquidum quia dilecti imaginē informatur :  
Quod liquidum est nil habet impurum / nil pigrum / facile cer  
nes et facile sequens. Sed tanta gratia liquidū non est / cū calor  
non est. Bene liquidum / qđ ex puritate dilecti claritatem perci  
pit : et quasi per situm et promptum extra se effusum post dilec  
tum festinat / qui iam pertransiit . Ipse inquit iam pertransiit a  
me / qui totam pertransiit me . Velox transitus / sed uolētie nō  
parum habens intactu / liquefactam post se reliquit animam me  
am effusam uberior et conātem transire usq; ad dilecti transitū  
nihil presumens in eius presentia in uoce exultationis. Liquefac  
ta sum statim ut locutus est ipse : Anima mea liquefacta est in  
quit. Quid est liquefacta est . i. crescens facta est currens / clare  
scēs . Crescēs super se / currens ad ipsum ex ipso clarescēs uirtu  
te crescēs . currens uocis / ueritate clarescēs : hoc est lata / labilis /  
lucens / ex hac forte liquefactione prestitum illi est / q̄ manus  
sue mirram distillant. Mens liquefacta est / cur tertium preteri  
mus / q̄ canticum illud apponit. Habet enim sic connexum ex  
ordine / uenter tremit : distillant manus / anima liquefacta est :  
Potest istic etiam leniter hanc letionem transcurrens ordinatū  
quodam agnitum aduertere non tamen facile est / et planum /  
gradate distinctionis rationem assignare / In omnibus quidam  
modus signatur ; sed maior in secundo q̄ in primo ; et in tertio /

q̄ in secundo plus est enim distillare q̄ tremere / sic lique  
 scere quā distillare . Totum prestat presentia sponsi spōse  
 sue / q̄ eius uenter tremit / distillant manus : anima liquefa  
 cta est . Totum ex tactu eius / et uocis auditu . totum est ut  
 sic dicam ex pertransitu eius : quia tangit et tremit . Distil  
 lat : quia perstringit / et pertransit illam in spiritu uehemē  
 ti / cuius uocem audis / sed nescis unde ueniat / aut quo ua  
 dat . Ideo liquefacta est anima eius ut locutus est ipse . uox  
 subtilior manu est / uehementius mouet / et uelocius trāsit  
 sermo iesum subtilioris et sublimioris doctrine plus conti  
 net q̄ aliqua operum prodere queant exempla . Omne tran  
 sit exemplum de maiestate deitatis . Sermo quem inter di  
 scipulos fudit / omnem experīetiam / pollicitatio glorie fu  
 ture , que reuelabitur in nobis . huic intelligentie / et perce  
 ptioni aperi hostium / ut comprehendendas / statim declinat p  
 transit : ideo et tu transi in affectum liquefacti cordis . Ad  
 hanc uocem dilecti dic : Mirabilis facta est scientia tua ex  
 se : non potero ad eam confortata est : et anima mea liquefa  
 cta deficiens a comprehensione / et non sufficiens ex uehe  
 menti et uiolenti dulcedine persistere et morari in admira  
 tione : propter hec et huiusmodi inquit . Anima mea lique  
 facta est / ut dilectus locutus est . quid putatis / ut aliqd pre  
 ter seriem / et quasi ex abundantī ad cohortationem presu  
 mam . Quid inquam putatis : q̄ non hic sermo / quorundā  
 sigillat duriciam / quorum uiscera gelido austeritatis rige  
 scunt affectu . quorum uiscera / nullum misericordie distil  
 lat liquorem / nec exiguo tremunt / et mouētur affectu er  
 ga penitentes : miseri cordis manus tactum non sentiūt . pi  
 issimo iesu non igniuntur aloquio . Pulsantem in peniten  
 tem iesum foris non audiūt . uereor ne declinet ab eis / et p  
 transeat . Ne non inueniant cum quesierint / et cum clama  
 uerint non audiat eos . Cur durantur uiscera tua ad filios :  
 quasi non sint tui ? Poteras forsitan tuos uehementi oculo  
 respicere : et resupino statu preterire . si tamen tui tantum

essent et non domini tui. Quā durus fores si de tuo largiri deberes/ qui domini substantiam tam auaro/ et inimico etiam filii affectu dispartis. Dispersit inquit dedit pauperibus . sed tu forsitan pauperes nescis . Quid si dicat tibi deus Imperfectum meum nō viderunt oculi tui: in libro tuo nō nisi perfecti sunt scripti . De perficiēdis nulla te cura tene re consueuit . Malus medicus : qui nō est opus egrotis: sed bene habentes fortasse exulcerans . si non uis errātem que rere/ saltem occurre reuertēti . Aperi ianuam misericordie et si non penitentem propter christum : suscipe uel christū in penitēte: liquecat anima tua misericordie rore/ acclamā tis et pulsantis iesu succedatur eloquium . Vox penitētis uox pauperis: uox est iesu . ideo cum audis hāc uocem cle menti affectu liquecat anima tua : ut et tu cū spōsa dicere queas . Anima mea liquefacta est ut locutus est . Auscultā et recole: quid locutus marie magdalene: quid mulieri in adulterio deprehense: quid samaritane: cananee: zacheo: petro: centurioni . Ad tot pietatis sermones/ et clementie cuius non mollescat affectus/uiscera liquecāt: Ad tam ue hemētes flatus austri nos etiam de durissimo pectore quā tumlibet annosa poterat glaties solui . Sentiō me a flueris olei liquore perfundi/ et simili affectu liquefcere: quotiēs misericordie tue opera uerba perfecta recenseo . ignitū elo quium tuum: hoc uehementer/ et seruus tuus diligit illud diligit quia idiget/ eget . ideo anima mea: et pre gaudio liquefcit/ ubi tu loqueris . Istam liquefactionem' oportet ut sentiat omnis sanctus . Nam illa superius disputata lique factio non nisi perfectorum est/ et eoꝝ non semp in tēpore oportuno . et ne in fructuoso subducā silentio/ qd̄ mihi sug geritur breuiter uobis absoluam : ꝑ adhuc de hac liquefactione intellectum concepi . non cernitis ꝑ liquefcit/ qua liter de quodam rigore et immobilitate moueri incipit: se ipsum egredi et deserere nitit . De tumore et molle pristi na defluit et descendit/ et euaneſcit/ seipsum ducentem/ et

ad humlliora loca facile sequitur : uel eadem per seipsum  
seatur: precurrens frequenter ducentis conatum : magis  
in liquefactis ad sequendum mobilitas / et prompta uolun-  
tas. Intelligitis iā / ut arbitror in liquefactis ad obediendū  
aptitudinem grandem humilis anime affectum/ tractabi-  
lem hanc humilitatem / non metus infligit/ sed calor amo-  
ris informat. Metus mentem uiolenter infringit/ amor e-  
mollit: et teneram liquidam reddens instringit ad libitum  
Humilitas de charitate profluens. nil molestie paritur ul-  
tro: ad unum tendit: quiescens cum apprehenderit inferio-  
ra. Habetis iam in liquefactione humilitatis illius gene-  
rose: habetis et obedientie expressam sub breuitate naturā  
uultis et testimonia . Dominus aperuit mihi aurem / ut au-  
diam eum quasi magistrum . Audistis loquentem dominū  
audite liquefactum affectum discipuli. Ego inquit non cō-  
tradico: retrorsum non abii . Audistis quomodo sequitur  
audire iam ad quam infima . Corpus meum dedi percutie-  
tibus / et genas meas uellētibus . faciem meam non auerti  
ab increpantibus et conspuentibus in me . An non iste qua-  
si ad aspera et abiecta descendit . non rigide resistens / sed  
liquefactus effectusq; tractabilis ad auditum calentis elo-  
qui. Ergo qui huius humilitatis et obedientie liquefecit af-  
fectu / non frigida tumentiq; mole immobilis et rigescens  
pro suo iure eius sibi uerbi usum gloriose presunit . Ani-  
ma mea liquefacta est / ut locutus est. O mira uis uerbi / et  
ignita uehementer . inflamat cor : commutat renes in ni-  
hilum in conspectu suo respectu dei sui animum redigit a  
seipso liquefcere et deficere : facit ut iam anima non sit se-  
cum : sed sicut sequentia cōtinent huius uersiculi. Ego sem-  
per tecum : ideo non in se: non secum sed cum deo suo sem-  
per obsequens : et quantum datur sequens sed non assequēs  
semper pro uoto / nec illo excedenti modo/ qui se sponsi  
cum sponso comperit. nam et hic sequitur . Quesiui et nō

inueni illum : uocauit et non respondit mihi . sed capitulū  
hoc alterius temporis eget tractatu : ex otio discuti uolens  
sufficientia ista / non pro magnificentia sui / sed pro nostris  
disputata uiribus qualiter anima spōse liqueſcit ad loque  
lam dilecti sui iefu christi : qui uiuit et regnat per omnia  
secula seculorum Amen.

SERMO.XLIII.

**A**Vm tibi fuerit dilectus tuus elapsus : nō tibi redit  
ad libitum . Vexatio hec dat intellectum amori / et  
augmenta affectuum : nunc uisitat : nunc euanscen  
te uisitatione uexat amicam . Varietas hec amantis cor  
et desiderium rapit : et reparat adūsum . ut dilectus est lo  
cutus liqueſcit anima mea . Anima tua liquefacta defecit /  
ferre non ualens / et dilectus tuus declinat : defectio tua / fu  
ga ipsius est . Presente et loquente dilecto / liqueſcis / et de  
ficiſ / espiras absente eo respirare permitteris : absens uires  
reparat quas presens exhaustit . Delectationum uebemenſi  
am interualla temperant : cuius continuationem ferre non  
potes . Quid continuationem dico : non ipsa te inchoatio  
redit exhaustam : Statim enim ut loquitur dilectus liqueſcit  
anima tua . Deniqꝫ et i sequētibus dicit : Oculi tui auo  
lare me fecerunt . quomodo dilectum auolare fecerunt . ni  
ſi dum nimio affectu in eo defecerunt : Modicum nescis .  
ideo dilectus tuus moderat et presētie sue mensurā tibi di  
ſtruit in tempore : ideo queris et non inuenis : uocas et nō  
respondeſ . Attendite fratres uehementiā uim amoris : nec  
abesse dilectum sustinet : nec ſufficit presenti : ibi uota an  
hela laborant . hic exhausta deliqui patiunt̄ . O felix amor  
qui continua quadam uicissitudine / aut liqueſcit in ipſo /  
aut querens anhelat ad ipsum . Quesiui et non inueni illū  
inquit : uocauit et non respondit mihi . Alibi scriptū est hoc

hoc modo: Querent me mali et non inuenient: uocabunt  
et non exaudiam. Quid iam est q̄ hoc ipsum tam commu-  
ne est bonis et malis. Cur indifferenter utrisq; te iesu bone  
subducis? Verum quidem non indifferenter/ sed multum  
indifferenter. De malis dicitur: querent et non inuenient.  
Sponsa uero non se inuenta diffidit: sed non inuenisse cau-  
satur. quesui et non inueni illum: uocau et non respōdit  
mihi. O quotiens quesui dominum iesum meditando iuo  
caui orando/ sed nec meditatio effecta est dulcis nec pīguis  
oratio. ideo non inueni illum nec respondit mihi: nec iue-  
ni illum ipsum nec sua/ sed supra modum dulcia sunt: re-  
spondit mihi. At utinam mihi respondeat/ cū uel lego uel  
oro: ita iesu bone responde mihi quantas habeo iniquitates  
et peccata scelera mea et delicta ostēde mihi. Abscōde pau-  
lis per faciem tuam/ ut mea mihi feditas salubriter inno-  
scat/ uel in meditatione mea/ uel in lectione sacra scriptura-  
rum: tunc enim me inueniunt custodes ciuitatis/ doctores  
sancti/ cū meos in eoꝝ scriptis mores inuenio: tunc me in-  
ueniunt/ cū meos mores et uitia depingūt dū discutiunt  
uulnerant cum increpat. sacri scriptores/ ac si quidam cu-  
stodes ciuitatis sancte hierusalem/ que est ecclesia: uarios  
animoz inuestigāt affectus: et iueniunt singuloꝝ passiōes  
Bonos mores et morbū/ quo quisq; laborat. nullius uel co-  
gitatio non inueniēt ab illis/ quotiens illa lego/ q̄si inuen-  
tum me deprehensum puto. alia me exhortionū iaculis fe-  
riunt illa uulnerant/ dum quod integꝝ arbitratur sautium  
esse conuincunt. illa simulationis tollunt uelamen ignorā-  
tie uel obliuionis inuolutū false pallium glorie. illa ac si  
pallio quodā et dissimulationis spoliant opimento et elati-  
onis ornamēto. illa me quodā presumptē fallaciter glorie  
pallio spoliant/ dū conscientie denudant infirma. utiliter  
ergo a custodibus in hunc modū inuenior/ quāuis dilectū  
ad modū inuenire non queam. deniq; iā minus in me ī quo

glorier: minus in quo quiescam inueniens amoris in dile  
ctum uestibus inardesco. Filie hierusalem nunciate dile  
cto/ quia amore langueo. per me non audeo accedere , no  
hanc familiaritatem mihi presumo : non sui copiam mihi  
ad hec iesus indulget. ideo filie hierusalem ad uos accedo  
uos ambio/uobis causam commendo : committo negotiū  
nunciate dilecto: quasi ignorat dum dissimulat/custodes  
spolient/filie nuncient/doctores exhortentur/exorēt filie  
Filie hierusalem nunciate dilecto/ quia amore langueo.  
nunciate ingerite frequens suggestio dilectum infectet.  
iam exuta sum/ iam spoliata sum meipsa/ tam idonea dile  
cto uestra. Spoliata et occupata mens languet amore. nun  
ciate dilecto/ quia amore langueo. Fratres si uos increpa  
torius doctoris sermo tāgere spiritualiter uidetur/ uel  
expresse ferre mores mentis uestre nudare uulnera uel oc  
cultate/ uel excecate conscientie tollere pallium. Ad incē  
tiuum amoris/ non ad odii illud inuertite somitem . Cur  
priuatam trahis ad iniuriam quod in commune profertur  
ad omnes. sorsitā ad te quod dicitur. Respicit ad te nomē  
nominatim non exprimit/ aut roris tibi languorem/ gene  
ralis tibi ministret correptio/ non murmuris passionem.  
et si non dulcis illius amoris desiderio langues . Bonum  
est si interim langues pudore dulci/ si langues penitentia  
si timore iudicii conficiuntur carnes tue. Conuertere in e  
rumna tua dum configitur spina. delictum confitere/ et o  
perimenti pallium quo iniusticias dissimulanter abscōdis  
siue tibi tollit noli pertinacius/noli strictus hypocrisis te  
pallio operire inuoluere regumento . Non conuertetur  
ad te iesus/nisi similationis et fallacie a te fuerit ablatum  
uelamen/ q̄ tibi confusio quedam / et displicendi metus  
pretexit. Operuit confusio faciem conscientie tue . Aufer  
uelamen confusionis confessionis induere . Nam et domi  
cupit omnia resumere pascit. Incepit oratione de illis quod  
III. I

nus confessionem induit: confessionem nō suam sed tuam  
Hoc se ornatum pallio reputat: hoc a te mutuatur: hoc il  
li pallium trade: quod affectuose tollit quasi pignus amo  
ris/ et reconciliationis signum. Tunc incipies amore lan  
guere: cum prius penitentie fueris affectibus languida.  
Tunc te incipient filie hierusalem commendare dilecto.  
tunc celestes spiritus et anime spiritales congratulantes  
languorem nunciabunt amoris. Sed nos ex abundanti su  
per penitentie statu uersamus hunc locum: cuius tota faci  
es perfectiora quedam uidetur spirare et eius consona gra  
tie que sponse meretur conditione censeri. Quesui inquit  
et non inueni illum: uocauī et non respondit mihi: inuene  
runt me custodes ciuitatis. Meditando querit: uocat oran  
do; audiendo doctores inuenitur/ percutitur/ uulneratur  
exuitur. Et ne quid desit ad cumulum filiarum hierusalē  
fidelium scilicet animarum: commendatione adiuuatur.  
Quattuor hic quedam aduerte/ uel in illa uel circa illam  
inuestigationes et uota/ precepta et preces: inuestigatio  
nes meditationis/ desiderii uota/ precepta doctorum et  
sociorum orationes. An non doctorum et exhortationes fre  
quenter cōmode sentiuntur. Ab his quos et anxia inuesti  
gatio: et sincera oratio poterat laxare. Nonne pigra uota  
uerborum sepius stimulis excitantur. Deniq; que feruida  
sunt his fomitibus efficiuntur feruentiora. inuenerunt me  
custodes ciuitatis/ boni et prudētes magistri uago quodā  
q̄ si uenatiō genere dediti utunt: et uarios ad mentiū sta  
tus uertū sermonē si forte iueniāt quē tangāt quē stimulēt  
quē pmouēt. siq; audientiū gloriēt et dicat: Inuenerunt  
me custodes ciuitatis: ii pcusserūt me et uulnerauerūt me  
Quo quis pfectior est: uulnerat facilius: et tener affectus  
uerborum citius sentit aculeos. O felicem animum ad quē  
tā sublimia exhortationis iacula ueniūt quē inueniūt suis

aptum uulneribus: quando non abeunt retrosum: auditoy  
uel duricia/ uel stoliditate repulsa . Non sunt passim hu  
iusmodi iacula fundenda/ nec in oī multitudine tantū ubi  
idonee mentes creduntur inueniri: quas tam excellens do  
ctrina non effugiat . Quasi fulgura sunt hec summa feriū  
submissa effugiunt : summa inueniunt/ si summa fuerint:  
ideo dicit: Inuenierunt me custodes ciuitatis: pereuerunt  
me: uulnerauerūt me: tulerunt palliū meū . Tulerūt palliū  
quo inuolutus erat penaliter adam: prioris simplicitatis  
splendore nudatus . tulerunt imaginationum operimenta  
quibus impediēbar intrinsecus pallium figurarum / uela  
men tulerunt: ueritatem intulerunt . Reuelata nudata sim  
plex ueritas/ gignit feruorem amoris: ideo filie hierusalē  
nunciate dilecto quia amore langueo: q̄diu non placet: nō  
rapit affectum: non succedit perfecta ueritas quantum li  
bet syncere se frui quis putet aspectu intelligentie uel amē  
patitur operimentum liptitudinis/ obductionis pallium .  
Cum autem ablatum hoc uelamen fuerit: tunc rutilat ueri  
tas: tunc fintillat/ et succedit amorem: tunc alios ad con  
gratulandum qui hoc patitur poterit inuitare dicens: Nū  
ciate dilecto quia amore lāgueo . Videte iudeam q̄diu sub  
legis operimento latebat ueritas/ quādiu cecitatis ipsa tol  
lerabat uelamen: metu torpebat affectu rigido: nil poterat  
dulce sentire/ nec uulnerari iaculo charitatis . Cum au  
tem conuersa ad dominum uelamen depositit/ cum abla  
tum hoc illi pallium erat: tunc cepit gloriose huius confes  
sionis uerbum usurpare: filie hierusalem nunciate dilecto  
quia amore langueo . Tunc gloriata de noue et insolite dul  
cedinis gustu filias hierusalem ad gratias agendum iuitat  
et sue gentis cōsortes exēplo sollicitat . Audi deniq; qd ta  
lis sollicitatio prouocate respondeat . Qualis est dilectus  
tuus/ et queremus eum tecum : Vides quomodo partici  
pes fidei huius et doctrine fieri gerant in uobis . Doce q̄lis

est dilectus tuus et queremus eum tecum . fac nos tante cō  
sortes gratie / ut querēdi studio amoris incipiamus affectu  
languere . Sufficiat interpretatione mystica hec perstrin  
xisse breuiter . Iam ad id redeamus cuius ex occasione in  
hunc sumus locum delapsi : dum ablati pallii utilitatē ex  
ponimus . Nam inde est sumpta occasio φ ait : Tulerunt  
pallium meum , hereamus adhuc paululum hoc in loco ex  
plicemus hunc pallium . non est enim simplex palliū quo  
etiam sancte mentes inuoluuntur . Est enim diplois : id est  
duplex pallium / fortasse triplex / et quadruplex : quot uo  
bis palliorum genera proposuimus . An non adhuc graue  
et onerosum satis est pallium animarum cura / et admini  
strande necessitatis sollicitudo . Propria incommoda ex  
pressius loquar : noui quid sit hoc pallio premi / quam arē  
tem sortitus sum terram / et ferculneam sterilem . iam multi  
elapsi sunt anni φ uiuo in monasterio querens fructum in  
eo / et non inuenio . Totiens species nostras elusit / sefellit  
operam : expectationem nostram frustrauit : iure onerosū  
hoc pallium dico : et eo magis onerosum q̄ minus utile .  
Non onera sollicitudinis leuiora sunt : que prouentum le  
uat ubertas . Ve mihi φ inuenerunt me custodes ciuitatis  
et aliquid in me dei dignum honore se inuenisse putauē  
runt : percusserunt me : uulnerauerunt me : tulerunt palliū  
meum : et plagis impositis abierunt / semiuiuo relicto : tu  
lerunt pallium meum / pallium simplicitatis / pallium lu  
cis amictum leticie / ardantis uestimentum effectus . Quo  
tiens solebam huiusmodi palliis totus inuolui / foueri in  
croceis . Nunc autem tota die mente amplector : et uerso  
que paulus arbitratur : et sunt communia hec dulcia / hec  
gloriosa mihi pallia tulerunt / onerosa induerunt . Quan  
do hec tollentur a me : Quando proiiciā hec : si tamen p  
iicere licet : felix dies hoc exutus et ipeditus pallio liberio  
re uos ad cōgratulādū mihi iuitabo affectu filie hierusalē

cum uos que nihil estis ex parte huius quale nunc deplo  
ro pro renouato in nobis amore languore gratias refertis .  
Miser quidem est / qui huiusmodi pallio spoliatus / mero  
re et molestia tabescit . non languet amore : que sponsa est  
sic spoliata : uel officio sollicitudinis / uel usu / nō fastidio  
languet / sed amoris studio . ideo ipsa alias ad congauden  
dum sibi / et gratias agendum dilecto exorat ecclesia pri  
mitiuia : cum quereret christum in iudea repulsa est . Pulta  
non inuento ei loco in eis / non inuento sibi iesu / transiuit  
ad gentes quesiuuit in eis : uocauit / et in multis nō inuenit  
non accepit responsum . Deniq; a principibus huius mūdi  
quasi custodibus ciuitatis / quomodo uulnerati / spoliati  
bonis / laniati corpore carnis sue exuti pallio : cum initis  
martyres nostri inter tam tot flumina et gurgites tormentorum  
non est in eis extincta charitas . sed magis augmen  
to quo languebant amoris . Iucundum plane mibi uidetur  
ex presentis occasione uerbi martyrum inter tot uexationū  
et mortis genera charitatem indefessam recollere : quomo  
do passiones corporis passione intrinseca temperabāt amo  
ris . Nam ad illos hunc locum referas : non que querele :  
sed glorie uox ista qua dicunt : Percusserunt me / uulnera  
uerunt me / rulerunt pallium meum / custodes murorum .  
Quomodo nos oportet non egre ferre : sed quando nos spo  
liauit / uel moleste sollicitudinis non bone aut periculose  
coctionis quo stricte inuoluimur pallio . Custodes muro  
rum iecit helias pallium dum raperetur , fugit ioseph dum  
teneretur , sponsa tulit dum tolleretur speculi et imaginis  
uelamen proiecit . helias raptus ad faciem mundi ornamē  
ta / uel magna onera fugit . ioseph sentiens somitem sollici  
tudine exuta dilecti liberius captat sponsa fauorem . ima  
ginatione q̄si uelamē tenet itellectus / ne syncerā cōtēplet  
ueritatē . Bonorum et dignitū affectus obuoluit pallio :  
ut libere perget in ea que dei sunt . Sollicitudo oēm in ani

ma leticiam obnītulat / imaginatio obscurat / honor tentat  
atterit sollicitudo . In primo tenebre : in secundo illecebre  
in tertio labor : in primo calligio : in secūdo cāpiditas: in  
tertio cura . Tulerunt pallium meum custodes murorum .  
Bonī custodes bene norunt / cui curaz impedimenta tollāt  
quam exonerent animam : et ad' delicias ducant dilectum  
suum redant expeditam ad deluctandum : et ad querendū  
nam frequenter elabitur / nec quiescere potest nisi expedi  
to affectu . Norunt ergo bonī custodes cui parcant ab one  
ribus / et actionum angustiis / molestiisq; in occursum am  
plexumque propriaret uerbi ; cui pallium persuasionibus  
auferant lūis . Exui me inquit tunica mea . hoc quidem in  
anteriobus dicit : Tulerunt pallium meum : Nude et pure  
simplicitatis innotescit et libero affectu in amoris negoci  
is tulerunt pallium meum quodammodo dicentes . Quid  
compedita curis queris dilectum ? Quid istis tecū uoluis  
molestiis ? Si non penitus deponis officium : cur non sol  
licitudines ad horam saltem seponis ? Non detractamus  
studiis : sed instantie uolumus detrahas . Noli nimietatē  
questus/necessitatis uerbo retexere . Quid bonum in te si  
nis ingenium terrenis obrui . Quid illos emularis / in one  
ribus positi iumentis comparantur . terrenis inhiant ; terre  
na mandunt studia ruminant / uorant affectu ; ponuntur in  
sublimi / sed uoluntur in limo . Noli emulari in istis ue  
hementibus / nec zelaueris hanc facientes iniuitatem . An  
non iniuitas et inequalitas multa ad transitoria intensū  
impēdere animum / ad eterna remissum ? Quid q; non sem  
per intendunt negociis ? Quid q; quidam sub obtentu pro  
uidentie necessitatis / et ab ope manuum / et a meditatione  
scrutande ueritatis excusant se studio . plus dant negocia  
oni q; quieti scurilitati uerboz q; scripture sacre collatiōi  
plus otio q; opī ; fratrū officinales circumēunt . Cellas  
otiose / curiose / uerbose . Noli emulari in sic negocianti  
bus / nec in sic otiantibus . Otia / uel oblata / uel parata

in usum amoris in sapientie meditatione in dilecti uel que  
rendi studium / uel inueniendi complexum : tota conuerte  
huius : et his hortamentis . Tulerunt pallium meum cu  
stodes murorum , custodes isti sunt de quibus ait isaias . su  
per muros hierusalem / custodes constitui tota die / et tota  
non tacebunt . sed nos iam hic taceamus a sermone hoc ora  
tionum et laudum / debita soluentes ore aliquando tacitu  
ri : animo semper redentes solennia laudum / domino iesu  
regi et sponso celesti per infinita secula seculoꝝ Amen .

Sermo . XLIII .

**O**rdo conueniens post exhortationem doctoꝝ orati  
onum a sodalibus suffragia uidetur orare / non sim  
pliciter rogare : sed cum obtestationis obsecratioe  
adiuro uos filie hierusalē / si inueneritis dilectum / ut an  
nuncietis ei qa amore lāgueo . Adiuratio uehementiā pre  
cādi manifestat a noxia uota / suis nesciunt esse contenta  
meritis : ideo alienē precis mendicant suffragia . perfecta  
humilitas de meritis semper alienis presumit . Adiuro uos  
inquit filie hierusalē si iueneritis dilectum : conditio ista  
non dubitantis est / sed temperamentum rogantis : ac si di  
cat inueneritis conditionaliter suspendo non ambigens de  
inuentione uestra . sed magis uerecundie . Nam sub condi  
tionis ancipiti hic nobis dici temperantius auditis / quam  
si dicatur precise cum inueneritis : non ueretur ne suspensi  
uam rogationem ad iniuriam trahant . nouit uerecundiam  
filialiter hierusalē : nouit humile spiritū / et q̄ tenuerūt pu  
dorē : plus lederet precisa diffinitio / q̄ suspēsa cōditio . sed  
inq̄t iueneritis . dico si iueneritis : nō dico cū inueneritis : il  
lud dico sed istud itelligo . de meo affectu dubitatio ista nō  
perdit . sed affectui uestro et humiliſſime existimatiōi de  
nobis ipsis morem gero . si inueneritis . hoc est cum ueneri  
tis mementote mei / cum bene uobis fuerit / tunc memento  
mei / ut suggeratis / ut annuncietis dilecto . non oportet in  
huius loci disputatōe morari ad mores uestros fratres uos

mitto . Recolite qualiter ad iuicem q̄ humili affectu / quā  
ta uotorum instantia / et cum adiuratione orationum men-  
dicatis sollatia / nisi q̄ omnes auderitis petere nunciare  
de uobis q̄ sitis amore languentes : alium soletis inuicem  
languorem deplorare : nunc gloriari de isto / et si potest  
quis ad horam gloriari non expedit quidem / ne forte imis-  
sione inanis glorie : gloria uestra nihil sit . Sunt tamen non  
nulli qui et conuersationis indicio / et oris officio diuini /  
in se languorem amoris occultare non possunt . Concepta  
non potest non aliquando amantis os parturire . Nam ad  
aliorum consolationem uerbum latenter elicit / spiritus in-  
teriora replens infuse gratie / copiam eructat . deniq̄ et in  
hoc loco sponsa non loquitur / sed spiritus est qui loquitur  
in illa / in collatiōibus sanctis / suspiria / singultus de imis  
prodenti precordiis / crebri gemitus . nonne sunt quedam  
eructationes spiritus / et concepte gratie . Talibus indici-  
is / nonne se prodit languor amoris ? Non occulatus lan-  
guor quando gemitus non est absconditus . ipse se prodit  
languor cum hec producit indicia . Quid ergo percepta si-  
gna nonne quandam admirationis uim habent / ut eos qui  
hoc deprehendunt ad congratulationis permoueāt affectū  
etiam si sermo fileat conuersationis pie sanctitas rogat .  
Commendari uult dum se quibusdam prodit indiciis . qd  
enim : Cum aliquo celestem hunc deprehendero amorem  
Nonne quasi adiuratum puteum ut propensas pro eo gra-  
tias agam . non commendabo precibus piis conceptum lan-  
guorem / quem gemitus altus prodit . Durus ego si non tā  
sanctam et diuinam in fratribus passionē qua possum ora-  
tionis instantia soueam : supplicatione commendem : repli-  
cem et annunciem dilecto si copia detur . Quid tu qui fra-  
trum mauis uitia numerare q̄ uirtutes / damna q̄ dona / cō-  
demnare q̄ commendare ? Si te ad commendationem adiu-  
ratum non sentias . nō es iam hierusalem filia / sed filia ba-  
bilonis . filia babilonis misera / quis retribuet tibi . retribu-

K

tionem & retribuetur enim tibi. desine in sanctis numerare  
magis detimenta & lucra. sufficiat tibi iniuriādi malicia  
Noli saltē foris nunciare: noli predicare sodalibus tuis  
Nam sodales sponsi aurem non accōmodant. si deroges  
sponse: ipse sponsus egre audit iniurias dilecte/ cuicunq;  
dicis illis dicis. auris enim zeli audit omnia/ temerarium  
est dilectam condemnare dilecto. Bona sibi mault nunci  
ari de sponsa. ideo dicit: Adiuro uos filie hierusalem si  
inueneritis dilectum/ ut annūcietis ei/ quia amore lāgueo  
ut annūcietis inquit. Annūciatio predicationis tenet ef  
fectum. humanum recogitate morem in rogando. nō apud  
miseratorem alicuius cōmemorare miseriam ipsum roga  
re'est: efficax precatio est/ modesta suggestio/ oppressi in  
firma exponere fortune infelicitatem/ insolentiam hostiū:  
Hec inquam exponere in aure potentis. Quid aliud est q;  
ipsum uerecunda quadam prece ad auxiliandum inflecte  
re. Quot in locis apud psalmistam hunc precis modum in  
uenies? In euangelio inquit maria ad iesum. Vinum non  
habent: nō precatur dominum/ nec imperat filio: defectū  
uini tantum nunciasse contenta. Cū beneficis et ad liberta  
tem propensis ita agendum est. Non est enim gratia uio  
lenter exprimenda/ sed proponenda occasio. Commenda  
sponsam sponso: dotes eius enumera. Nonne hoc est eius  
concupiscentiā stimulos adhibere? Nunciate dilecto: hoc  
nunciare ipsum prouocare est/ ad rependendam uicem/ ad  
refocillandum amorem languentem. Ipse consolationes di  
sponit in corde suo: sed nostris expectat precibus compel  
li. Quid facit/ faciet citius uobis pulsantibus fortasse et u  
berius. dilatio hec cruciatum mihi parit. sed consolationis  
parturit cumulum/ multiplicatis precibus/ expectata sola  
tia uberius refūdet: nunciate dilecto/ quia amore langueo  
Vos nūciate quibus patet ad dilectum familiaris accessus  
Vos nunciate que estis ex parte quanta sit amatorii uirtus  
languoris. Quanta sit fortis ut mors dilectio: quam sit ut

infernus emulatio dura. Adiuro uos / ut annuncietis : quia  
 amore langueo : non languet amor / sed languet amas : ubi  
 uiget amor / ibi uiget languor. sed absit q[uod] amatur. Quis  
 est languor nisi affectio quedam de absente dilecto aman-  
 tem conficiens. Amor uebemens patientis / simul afficit et  
 carnem et mentem illius extinguit / lasciuiam huius / et le-  
 titiam prestringit. Carnis extinguit motus quodam tristi-  
 affectu et desiderio absentis dilecti. languet caro dum eius  
 languidior : et remissior motus efficitur. languet animus  
 dum estuantis uoti nimietate conficitur . Carnis languor  
 est motus eius / ut nullus per exiguis anime languor ē mo-  
 tus eius nimius. Nonne eo ipso caro conficitur quo mens  
 abstracto amore in alia quedam auertitur / carnis motus  
 non sentitur / dum animus sentitur uebemētior factus : uix  
 sustinetur aliquotiens / quidem nec sustineri potest quādo  
 nimius exestuans amor / patientis animi uires exhaustit .  
 que est enim humane mentis fortitudo / ut sustineat : cū eā  
 ille celestis amor sponsi impatienter exagitat ; liquefactus  
 in hac exercitatione se fugit animus : amoris uiolentiā fer-  
 re non ualens . sic enim inconsumpta materia et iam suffi-  
 ciente languidiora reduntur ignis incēdia : et deus noster  
 ignis consumens est . Sentit omnino uim sermonis huius q[uod]  
 uehementiori languet affectu : i meditatiōe dei sui delecta-  
 tus et exercitatus et deficiens . O potens et prepotens pas-  
 sio charitatis si non temperatur non tolleratur . iure potēs  
 animum quem possederit / sui ipsius efficit impotem . cum  
 semel fuerit accensa in mente attingit a fine usq[ue] ad finem  
 fortiter facit ad quod uenit et prosperat / et crescit nec defi-  
 cit / donec deficiētem reddiderit animam : sicut hic corpo-  
 ralis languor non est semper equalis uehementie , sed est  
 aliquotiens eius intēsior passio / sic et amoris affectio et si-  
 iugi desiderio se tendit in dilectum / aliquando quidem in  
 tensioribus uocibus exestuat . hora orationis maxime : tūc  
 quidem languet amans ; quia spiritus uebemens pertransit

in illo / et non subsistit . in exitu ore illius dicere potest .  
Filio hierusalem nunciate dilecto / quia amore liqueesco .  
Ante banc horam languor est / sed in exitu eius in liquefa  
ctionem uertitur languor : ideo cum tu oras non sinas ani  
mū fluctuitare / non declinare ad alia : ut cum felici fuerit  
hac passione tactus ad illam se stringit donec plenius infi  
ciatur / et percurratur / et consumatur . Non enim desinet  
quousq; totum percurrat / et ebibat hominis spiritum . Sic  
uir desideriorum elanguit daniel ex uisioē celesti / ut nihil  
uirium remaneret in ipso . Cum pertransierit illa uehemēs  
passio ad tollerabiliorem quēdam et humanū magis lan  
guorem sponsa redit qui ei continuus est : quia tam concita  
rus non est : huic plane / et si non deficit / tabescit tamen ab  
sentis amore dilecti . Bonus hic lāguor per quem carnalis  
affectus se languide mouet . aliud est si impetus carnis for  
titer surgens fortiore superueniente reprimitur . Aliud si  
languens / et quasi expirans moribundo pulsu mollitur / té  
tar . sentio adhuc alios / quosdam languores molestos / oēs  
utiles tamen : languorem timoris / languore tediī / languo  
rem tristie . Quid ni consumar merore pre cōscia nequi  
ter transacte uite tedio in imagine transēntis uite . Vniuer  
sa enim uanitas omnis homo uiuens . utinam tibi domine  
alique filie hierusalem nūc ient languores meos si qui sūt  
in me : qui commendari tibi digni sunt . nam multi sunt in  
me indigentes curari . O me felicem si aliquis centurio di  
cat tibi : Domine puer meus iacet paralyticus in domo / et  
male torquetur . utinam domine statim respōdeas . ego ue  
niam et curabo eū . dic domīe uerbo et sanabor . uerbo enim  
ades / quia uerbum es . Magna curationis uirtus in uerbo :  
et quod tu es domine et quod a te per tuos est . Sensit hic cē  
turio qui dixit . Domine dic tantum uerbo / et sanabitur pu  
er meus . sed uacuus est tamen omnis sermo docentis : si tu  
domine intus non loqueris : dic uerbo et sanabitur lāguor  
meus . forte et generabitur in me languor / siue uehemens

et concitatus / siue hic cōtinuus et temperatus / nisi q̄ i eo  
 iste continuus non est : quod frequenter non reuertitur ad  
 ipsum / propter incontinentiam ardentis desiderii exercēs  
 et non se compescens : non conuertitur donec deficiat iteꝝ  
 si ad horam diligis / et post horam desistis / non est amor si  
 diligis / et ex amore absentis dilecti non tabescis non est  
 languor : ut ergo amor languor sit habeat utrūq; et con  
 tinuationem et confessionem . Nunciate inquit dilecro / q̄a  
 amore langueo . Qui infirmitatis sunt languores : nuncia  
 ri uolunt medico : qui dilectionis sunt amico : illi quidem  
 ut curentur / ut autem recreentur isti . Emulamini fratres  
 meliorem habere languorem / quem sicut absentantis se di  
 lecti desiderium creat : sic se presentantis delectatio recre  
 at domini iesu sponsi ecclesie et anime sancte . qui uiuat et  
 regnat per omnia secula seculorum Amen .

**Sermo.XLV.**

**Q**ualis est dilectus tuus ex dilecto : o pulcherima  
 mulierum : qualis est dilectus tuus / quoniam sic  
 adiurasti nos : Magno profuse uidentur affectu in  
 terrogatiōes iste tam uehemētes arbitror in filiabus hieru  
 salem ex confabulatione sponse languētis similem languo  
 rem / aut creatum ut sit / aut excitatum / aut acutior sit  
 et in sequentibus dicunt . Quo abiit dilectus tuus et quere  
 mus eum tecum : quasi dicant : queremus tecū participium  
 inuentionis optantes et sibi . Magna utriusq; humilitas et  
 in sponsa et in filiabus hierusalem . illa se rogat commen  
 dari sponso : iste se instrui rogant de sponso / nec simplicita  
 te / sed illa cum adiuratione / hec cum ingeminatione : nō  
 enim leuiter rogantis / uel q̄ illa adiurat / uel q̄ iste inge  
 minant . qualis est inquiunt dilectus tuus ex dilecto : Qua  
 lis dilectus tuus / quoniam sic adiurasti nos : Vtiliter ad

K. iii

iurare sunt que sic animate sunt. non est exigua sancte col  
lationis utilitas . Verbo et qui charitatis languor gene  
ratur : et qui infirmitatis curatur . Nouit centurio uim  
medendi efficacem in uerbo : ideo dicit: Dic tantum uer  
bo . Bonus est si dicantur uerba ; si nihilominus bonum  
est si scribantur uerba . Volat enim irrevocabile uerbum  
nisi scripto legetur . Scriptura uerbum et stabile facit  
et uisibile mandatum page reposetur cum uoles . Bonus  
repositorius est liber itege<sup>r</sup> q<sup>uod</sup> acceperit resignās cū uoles  
sumens / ubi uoles leges : quandiu uoles moraberis . scri  
ptura memorie reparatrix est . Tuto uerbi medicamenta il  
lic condit . Seruantur enim illesa : si uerbum metendi uim  
habet cum dicitur . Cur non habet cum legitur . Si bona cu  
ratio cum dicis . Non curetur hoc modo languor meus .  
hoc est dicere . qui primo audit uerbi utilitatem capiat ad  
posteros et longe positos nō pertingat ubi primo sonat ibi  
suffocetur . exhauriatur om̄is eius commoditas auditu<sup>m</sup> pri  
mo : eterno prematur silētio . Non iterum cadat in terram  
bonam / ut fructum faciat / hoc medicamento : qui primus  
acceperit cōualeſcat eger : uirtutem eius post illum perſen  
tiat nullus . In piscina illa post aque motum sanabatur u  
nus . sed tū uno illo signata est caritas / non singularitas /  
post primum curatum / non est dictum de piscina illa . Ex  
inanite exinanite usq<sup>ue</sup> ad fundamentum in ea aque saluta  
ris / nec uestigium maneat . Bonus aque motus / disputatio  
et exagitatio sacre page . Bene enim mouetur cum pru  
denti uentilatione ad spiritualem promouetur intellectū  
Bene mouetur cum eius discussione auditor promouetur .  
sicut medicamentum sic et cibus est uerbum . et quomodo  
dicatis cibus quem uos operamini pereat / non permaneat  
sed tam en non est passim omnibus hec permittenda licen  
tia . nec aque motus sanabat nisi cum angelus descendens

tempore suo nouisset eam . Ille utiq; angelus / cuius labia  
custodiunt scientiam : et cuius ore est exquirenda legis  
scientia . Ergo q; quidem fatendum est : magna texendi  
uerba salutaris utilitas . Sed cum alicui hoc opus permit-  
titur : uel magis cum exigitur ab eo . ideo non uidetur no-  
strorum redarguenda cautela maiorum : que superabun-  
dans non nocet generaliter imponit silentium : ne aliqui  
bus utiliter indulta licentia / aliis presumptionis temera-  
rie scandalum fiat . simul quis dum honore sibi non impo-  
sito occupatur : otietur ab imposito / et ut reuertatur ad  
propositum . Multum excitate et animate sunt ex collocu-  
tione et adiuratione sponse filie hierusalem . Quomodo  
non animetur ad rogandum de pulchritudine ipsius : pro-  
cuius amore sponsam languentem et fere exanimatam  
uident . Deprehensus in sponsa languor amoris : in hanc il-  
lam querendi curiositatem protraxit . Videntes enim in  
sponsa amorem esse uehementem / causas et irritamenta  
tanti effettus arbitrantur in sponso . Affectuose querunt  
qualis sit in sponse pulchritudinem in argumentum assu-  
mit pulcherrimi syon . Qualis est dilectus tuus ex dilecto  
o pulcherrima mulierum . Pulcherrima mulierum eccle-  
sia est : singularum animarum pulchritudo est . Pulcherri-  
ma est in qua omnis pulchritudo est / et deformitas non in-  
est . Deniq; et qua ex parte de ecclesia sunt : deformes non  
sunt : si quibus uidetur inesse deformitas : et si aliquibus  
de membris eius ad horam respergitur deformis macula .  
non tamen imputatur dum non immoratur . fortasse plus  
accipit pulchritudinis post maculam detersa quam defor-  
mitatis cōtraxit subito respersa . Bene itaq; pulcherrima :  
et omnem pulchritudinem habens : et omni feditate carens  
sed et multe fideles et spirituales anime in eo pulcherrime  
sunt quod aut per sanctam conuersationem / maculam non

admittunt: aut per sollicitā et synceram confessionem sub  
inde diluunt. Pulcherrima est quodammodo non omnes a  
llias excellens / sed non excedens: quasi excessus non est: u  
bi situs regressus est. Pulcherrima ergo est decorē et cō  
fessionem induens / amicta lumine sicut uestimento . Pul  
chrrima est que uel ipsum lumen est / amicta lumine / per  
conuersationem existendo lumen ipsum . Qualis est dile  
ctus tuus ex dilecto . O pulcherrima mulierum / qualis est  
dilectus tuus ? Non uacat multo effectu hec ingeminatio:  
ne mysterio uacat , q̄ si ita dixisset : qualis est dilectus tu  
us ex dilecto nemo ambigeret / quin alterum referendum  
esset ad eam generationem que est ex patre . Alterum ad  
eam que est ex matre . In utraq; enim mirabilis est / et con  
cupiscibilis nimis / sed ex coniunctione mirabilior multo  
Naturarum duarum alterutram aut cum patre habet / aut  
cum matre communem . Coniūctio ista propria est ibi per  
sonalis eius proprietas / communiter consideratur in istis:  
quia integraliter conficitur ex istis . Constat enim ex dua  
bus naturis: sed nihilominus constat in duabus : illis et cō  
iunctis constat : et in singulis constat . Ex coniunctis et nō  
in singulis constat proprietatis eius integritas / per quam  
simul distat / et a patre et a matre . Non enim alterutro sed  
in copulatis distat ab utraq; / et a quolibet qui non est ipse  
in singulis et in copulatis consistit naturalis eius essentia  
litas secundum quid et simpliciter / et per se deus est / sicut  
et pater / et simpliciter et per se homo / sicut et mater / non  
est ex parte : et secundum quid deus ex parte patre : et secū  
dū quid homo . Idē cum totus deus / et totus deus ē homo .  
Non totum quod ipsum est / sed quod ipse totus : nec quasi  
in omni parte sit deus / et in omni parte homo: sed quia nō  
est pro parte deus / et pro parte homo . Quod ergo dicitur  
totus deus et totus homo magis partes excludit q̄ colligit  
essentialē simplicitatem in utraq; natura inducens : non

q[uod] utraq[ue] essentia simplex sit: sed q[uod] ipse simpliciter est ut  
traq[ue]. Propter quod et habitu dictus est ut homo: quia cū  
non sit connaturalis diuinitati humanitas. per suscep  
tione tamen: in persona iesu quasi habitu quodam est uesti  
ens/et cooperiens eam. Non est diuine nature/humana na  
tura connaturalis: sed tantum persone ipsius iesu: que hu  
mane nature propria sunt naturaliter insunt: sic est in na  
tura hominis q[uod] naturaliter est homo. uetus homo et uere  
homo. Verus homo propter ueritatem anime et humane  
carnis. Vere homo quia uere constans ex anima humana et  
carne ex ueris constans/et uere constans: non tantum uera  
habens:et uere habens partes humanitatis / sed uere etiam  
existens ex ipsis. Naturales habens et naturaliter habens  
sicut naturaliter deus/ ergo et generali  
ter/et non tamen habitu homo . iure ergo sicut in ueritate  
dominice dicitur extare nature iesus: sed et in ueritate hu  
mane nature creditur. utrobiq[ue] naturalis habens et natura  
liter. Ideo filie bierusalem distincte querunt: qualis sit se  
cundum utranc[que] partem de generatiois ipsius optantes et  
natura doceri. Qualis est dilectus tuus/ in natuitate diui  
na est dilectus ex dilecto/in natuitate humana factus est  
dilectus ex dilecta/ nisi q[uod] non tam est ipse dilectus ex ma  
tre quam ipsa est effecta dilecta per ipsum . Totum habet  
quod habet dilectus ex dilecto / sed non totum a dilecta .  
Magis autē totū habet quod h[ab]et ipsa ab ipso . iō cū primū  
rogant filie bierusalē: q[ua]lis ē dilectus tuus: q[uod] ibi supra ca  
pacitatis sue uires uota portigūt: corrigūt icōtinēti ad hu  
maniorē quodā et magis modestā se cōuertētes. Possimus  
āt utroq[ue] iesu hoc itelligere:ut aut interrogatio ppter gemi  
nā i iesu naturā accipiat cōgemiata aut illa prior q[ui] si icapa  
bilis hac sequēti sic reuocata :ac si dicāt. Qualis ē dilectus  
tuus ex dilecto O pulcheria mulier. Huius te fidei ueri  
tas quā tenes de generatōe dilecti de dilecto iter oēs oīum

professores sectarum / et pulcherrimam facit . Ista fides  
te mundat : ista uenustat / qua dilectum tuum dilecto ex  
quo est / equalem defendis . Talis est qualis ipse a quo est  
Mira equalitas / et mira qualitas . Equalitas illa identita  
tem ualet / qualitas substantialitatem . Si essent due natu  
re / utraqꝫ summa ; una in patre / in filio alia : esset quidem  
equalitas / non esset identitas : sed equalem sibi aliam diui  
na natura non admittit : uno numero in utroqꝫ est qualitas  
et substantialis qualitas / immo substantie qualitas . ideo  
filium qualis est pater / talem esse est et id ipsum quod pa  
ter est esse : qualis pater est / talis et filius : et ipsa qualitas  
est uterqꝫ consubstantialis est illi : et eadem est cum illo  
substantia . substantia non tantum subsistere conferens / sed  
et ipsa subsistens / uiuens / potens / intelligens . Talem pre  
dicas dilectum tuum ex dilecto talem diffinis . Si fieri po  
test huius fidei nobis rationem ediscere / et sufficit nobis .  
Quomodo sciemus qualis est dilectus tuus ex dilecto / si  
non edoces qualis est dilectus ex quo est ? Sed non est hoc  
aut huius temporis / aut huius capacitatis nostre : sed suffi  
cit credere / quia est talis / qualis est pater . Quamuis non  
sufficimus comprehendere que illa qualitas est : doce qua  
lis secundum humanitat  est / secund  qu a dilectus est ex  
dilecto . doce et hic q lis est dilectus tuus . delectat nos de  
ipso iam audita reaudire . Replica nobis que de dilecto  
tuo / uel credi debent / uel capi ualent . Vtraqꝫ audita nos  
uehementer delectant : et que incapabilia nobis sunt : nos  
tamen capiunt illa . eo ipso adiurationis et amoris estu ca  
pti sumus : que te sic captam / sic arreptam / sic estuantem  
uidemus . O qualis est / O quamamabilis est dilectus tu  
us : cuius in te semper amor capit augmenta : que  
cibi fit semper de dilecto dilectus . Immo de dilectis  
simo / semper dilectionior : cuius te facit amor pulchram .

Experientia auidam / auiditas anxiam. Anxii est enim et  
affectus nocivus quod sic adiuras nos. Qualis est dilectus tuus  
ex dilecto / quoniam sic adiurasti nos? Quam pulcher est  
qui in te fedum nihil esse sustinet. ideoque pulcherrimam  
efficit mulierum: quamabilis et gratiosus sine quo nec ad  
horam esse sustinet: propter quam sic adiurasti nos. Rogo  
uos filie hierusalem / huius terrestris hierusalem. cur non  
has ad ecclesiam interrogations ingeminatis? Cur hanc  
utramque nativitatem in christo quam detractatis comedere  
re dissimilatis adiscere? Cur uos non sentitis adiuratas  
ab ecclesia / prolati contra uos scripture uestre / cum fide  
testimoniis collatis / in fide spirituum gratiis / platis pro  
fide passionum martyriis? Cur non uos quasi adiuratas se  
tisis ab ecclesia: aptioribus quas frequentat ceremoniis a  
cutioribus quas tractat sententiis / altioribusque expectat pre  
miis / artioribus quibus se ictituit uotis? Disciplina restri  
ctior / doctrina instructior / expeditior ritus. eminentior  
uirtus tibi poterat zelum generare / prouocare affectum:  
et ad mouendam emulationem adiurationis habere uim:  
sed ueniet tempus: nondum est enim / cum aduersis uobis  
ad dominum. Aufertur ignorantie et dissimulationis uela  
men: tunc quasi sensibiles effecte accepto domini spiritu:  
adiurationum istarum sentietis uirtutem. Tunc in sancta  
ex pergefacte curiositatem auidas interrogations frequen  
tantibus dicendo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto: o  
pulcherrima mulier. Quis est dilectus tuus quoniam sic ad  
iurasti nos? Iudeorum fratres mei nondum tempus adre  
nit: nostrum autem semper paratum est. Ideo omissis fri  
uolis / et fraudulentis sermonibus. huius admirationum  
uel interrogationum commercia celebremus in conuen  
tibus nostris. Utinam uos tales sitis filie que talia dogmata  
desideretis audire. utinam et ego talis sim sposa a quo ualeatis

parate talia petere. o beata uere mater que sibi dici audire  
meretur. O pulcherrima mulierum. beata plane si pulchri  
tudinem tantam integrā seruet . Candidiores inquit naza  
rei eius niue / nitidiores lacte / rubicūdiores ebore antiquo  
saphiro pulchriores . Denigrata ē super carbones facies eo  
rum . Magna certe collaudatio / candor niuis / lactis nitor /  
rubor eboris / puritas pulchritudo saphiri : carbonis obdu  
cantur nigredine . denigrata est super carbones facies eorum  
et non sunt cogniti in plateis . non sunt utiq; pro nazareis  
cogniti iam in plateis . Silebo de aliis / ordinis nostri cerni  
te uiros / q;admirabile erat nomen eorum in uniuersa terra  
In uicis quando uix erant uisi in plateis . statim cogniti / p  
sanctitatis signo erant in eo . Nunc aut nullo religionis  
discrimine / nullo priuilegio cōuersationis / aut nullo / aut  
pro tenui / distincti et signati sunt a ceteris . ideo non sunt  
cogniti / quasi nazarei in plateis . Frequētia platearum de  
corat nazareos / et peregrinam speciem inducit : mutatus ē  
color optimus / dispersi sunt lapides sanctuarii in capite  
omnium platearum : ideo non sunt agniti in plateis : non  
agnoscit in eis natuitas candor / non nitor / non rubor / nō  
pulchritudo . Quicquid enim ista significant / pulchritudi  
nem magnam depingunt : ideo non sunt cogniti in plateis  
hi nazareorum colores sunt ; ii etiam sponsæ et sponsi sunt  
Nam et sponsa hoc in loco sequitur et dicit . Dilectus me  
us candidus et rubicundus . talis est nazareus noster : et cui  
assimilatur nazareorum color / assimilatur et spōse color  
Illa enim nazarea est / domino se iesu nazareo deuouens et  
desponsans : quam cum talem inuenerimus / collaudemus  
pulchritudinem eius consulamus peritiam . Qualis est di  
lectus tuus ex dilecto : o pulcherrima mulierum qualis est  
dilectus tuus / quoniam sic adiurasti nos / sed iam dilecti  
sui laudes retexat domini iesu . qui uiuit et regnat per om  
nia secula seculorum Amen .

## SERMO.XLVI.


**D**ilectus meus candidus rubicundus electus ex milibus . studium dilectum intermittit ad tempus / sed tempus modicum / ut filias instruat : delectabilia necessariis interrumpit : nec tamē sine dilectione est : quod sponsi memoriter recenset preconia . dulces enim faucibus sponse / laudes sunt sponsi . Pia mater et sponsa prudens filias informat / commendat dilectum / iure prudens / tam parata / et tam profusa habens que eloquatur de sponso . diligenter illi singula ipsius et notata sunt / et recognitata sunt que tam in promptu sunt : trahunt singula affectū eius / que memorie tenaciter herent . Color / caput / come / oculi / gene / labia / manus / uenter / crura / pes / guttus . Omnia hec figurate describuntur in laude sponsi / et quasi in clausula et breui capitulo totum concludens . Totus inquit desiderabilis / ut que in his amoris sui pati alimentū se doceat . Talis est ait dilectus meus : et ipse est ait amicus meus . Vide te in his omnibus doctrinam sponse : uidete deuotionem : uidete diligentiam / uel querendo dilectum / uel instruendo filias / uel recollendo laudes ipsius . Obnixe adiurat : para te respondet / figurat ornate / distinete partitur / succincte pertransit / summatim stringit : et nescio an sufficienter exprimit . Scio quidem & affectuose concludit . Talis est dilectus meus : et ipse est amicus meus . Laudum istarum magnus ambitus / et magnus plane amor laudantis . Iam singulos laudis huius articulos reuoluamus . Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus . Singularis mixtura est colorum : qui in sola persona domini operatio ne diuina conuenerūt in unum / ne sic sint unus / sed ut sint tui unio . O gratiosus sponsus / et amabilis ualde / in quo generatio diuina cendet / et rubet humana . Ipse est enī candor lucis eterne . ipse et si non ex sanguibus / neq; ex uoluntate carnis / et uoluntate uiri : de sanguine tamen matris natus est . et nihil in eo ruboris illius . de quo Isaias . Si fuerint




peccata uestra rubra sicut uermiculus / uelut lana alba erūt  
nonsibi conueniunt: nō se patitintur lane albedo / et rubor  
uermiculi . Alius est quidam rubor / qui inuenitur simul  
cum candore in uestimento iesu . Quare inquit isaias: Ru  
brum est uestimentum tuum & V estimentum domini iesu  
natura uirginee generationis candens mundicia / et innocē  
tia sanctitatis : multo decētius colore passionis uolūtarie  
in credentium rebet affectibus : qualis rubor qui dealbādi  
non caret affectu . Lauerunt inquit stolas suas et candidas  
fecerunt in sanguine agni . Rubor hic in iesu meo candore  
inuenit / non fecit : in nobis facit nō inuenit rubor hic crue  
te nativitatis et proprie iniquitatis superinductus colori  
ruborem eius in candorem reuertis / fide corda mundans .  
Iustificati enim sumus per fidem in sanguine iesu . Bene ti  
bi rubet pro te crux effusus ; si in aio tuo uiciscitudinis ac  
cedit affectum . Bene tibi rubet si tibi rutilat in effuso sā  
guine pro te nimia charitas dei . sic enim dilexit sponsam  
suā iesus ut lauaret eā in sanguine suo . Flāmea est charitas  
hec mihi dominum iesum rubicundum facit : in eo mihi et  
ueritas candet / et rubet charitas . Dilectus īquit meus can  
didus et rubicundus . ipse lux est : et in eo tenebre non sunt  
ulle . Quis diu rubicundus : Deus enī ignis est : et ipse ignē  
uenit mittere in terrā . si tibi ministrat intelligentie lucē  
candidate est . sed si non animū accendit ad amore : non enī  
sensis rubicundū . in seipso utrunq; est : sed tibi non est nisi  
cum eoꝝ in te sensis effectum . si sponsa es emulare mixtu  
ram gemini coloris huius a sposo tuo : ut similiter candi  
da et rubicunda sis . i. syncera et succensa . nam ipse sicut se  
renandi / ita et succedendi uim habet . qui approximat / illi  
approximat igni .

**E**xpliciunt sermones Giliberti super cantica canticorum  
salomōis p nicolaū Florētie . Anno domini . Mcccclxxxv .  
sextodecimo chalendas maias







C.N.R.H

CCX+

Fall down as fls. / in ultimate (on branch)





